Spadæ Centones. Triũphus &


DE
VRBANO VIII
P. O.M.
ERATO ET CLIO
Ex Virgilio.
F. Jo: Baptista Spadio à Florentiola
Theologo Dominicano
Auctore.
Ad
BERNARDINVM
S. R.E.
CARDINALEM
SPADAM.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Illustrissimo, ac Reuerendiss. D.D.

ERNARDINO SPADÆ

S.R.E. CARDINALI.

F. Io. Baptista Spadius. *S. P. D.*

REperit tandem, quod iamdiu meus parturiebat animus, Illustrissime Cardinalis. Ex quo enim Pisauri, cum illic in nostro Sancti Dominici Cœnobio Præfecti onus sustinerem, Te in Gallias proficiscentem, is Apostolicæ Nuncium ad Christianissim Regem Ludouicum XIII. conueni, & allous sum; cum animi cogitatione, quando core, vel oculis non licebat, toto illo in itinere, empore, quo absfuisti, nunquam non sim proitus; nihil mihi longiùs videbatur, quàm vt nanitati in me Tuæ, quæ maxima semper ex, aliquo grati, beneuolentissimiq; animi si-

gno, vt vt possem, respondere me declararem. Tu enim, quæ Tua est comitas (officia, quibus referendis non est hic locus, prætermitto) me, ac res meas singulari studio semper complexus es; me iucundissima Tui recordatione sæpius ad cogitandum de Te reuocasti, ac denique ad aliquid agendum, quod neque à voluntate Tua, neque ab obseruantia mea alienum foret, excitasti. Successit, vt hoc de rebus S.D.N. VRBANI VIII. præclarè, ac feliciter gestis Poematium confecerim. Opusculum est ex Pub. Virgilij Maronis hemistichijs concinnatum, in quo ad præcipua tantùm quędam rerum à tanto Pontifice gestarum capita disserenda, quantùm licuit, quando singula recensere ne soluta quidem oratione satis dignè cuiquam liceat; Erato, Clio, Idaspus Virgilium euocarunt, quæ quidem Lucubratio succisiuarum superioris æstatis horarum est, neque fortasse a consilio Tuo abhorret. Hanc tandem, cum Tibi ex Gallicana egregiè administrata Legatione ad Vrbem redeunti gratulari velim, ac debeam; prælo subieci, Tibique, Cardinalis Amplissime, mei, mearumque rerum singulare decus, ac præsidium dicatam volo, quo animi studio, quave alacritate nemo credat, vix ipse forsitan credas; ego qui-

dem

dem satis explicare nullo modo possum. me quęso licèt absentem benignè respice; humillimèq; ad Te accedentem, ac pene genibus Tuis aduolutum, purpuræque isti augustissimæ oscula sinceri amoris identidem infigentem, ac Libellum, qua decet reuerentia, Tibi porrigentem videre puta. Hominis Tibi addictissimi, felicitatis, atq; Amplitudinis Tuæ perpetuò cupidissimi, hoc exiguum amoris, & obseruantiæ signum ne despicias, Te rogo, & obtestor. Vale. Placentiæ Prid. Non. Augusti, die Sanctiss. Patriarchæ Dominico solemni. MDCXXVII.

Auctoris ad Librum

ACROSTICHON.

EX VIRGILIO.

Ae. 4.	V rbem, præclara Capitoli immobile sax V m		Ae. 9.
Ae. 2.	R elligione patrum, Florentia limina se R tis,		Ae. 4.
Ae. 2.	B arbarico postes auro, sedesque super B as,		Ae. 2.
Ae. 2.	A ntiquasque domos, ito, vbi cælifer A tlas		Ae. 6.
Ae. 6.	N octes, atque dies nutantem pondere mu N dum,		Ec. 4.
Ae.12.	V ertice se attollens, vlli haud virtute sec V ndus,		Ae.11.
Ge. 2.	S ustinet; hunc ante atq; his te cum vocibu S offer:		Ae. 7.
Ae. 8.	O sate gente deûm, cælum qui numine t O rques		Ae. 4.
Ae. 3.	C ælicolûm Regis, paribusque in regna vo C aris		Ae. 7.
Ge. 1.	T errarum curis: stellis qui ardentibus ap T us,		Ae. 6.
Ae.10.	A tque idem dignus diuino carmine, p A stor,		Ec. 6.
Ae.12.	V atis Fatidici nullo munuscula c V ltu,		Ec. 4.
Ae.12.	V elatum ramis & me felicis oli V ae,		Ae. 6.
Ae. 6.	S uscipias, Pater es tu, vultu, ac fronte S erena.		Ae. 4.

De

DE VRBANO VIII. P. O. M.

Ex Elogio Virgiliano ANAGRAMMATA

Eiusdem Auctoris.

ELOGIVM.

Ae. 5. Ipse Gubernator Patribus dat iura vocatis. Ae. 5.

ANAGRAMMATA.

1. Vrbanus Papa Octauus dati Orbis regit iter;
2. Gratia Deiparę Vrbanus totius Orbis caput,
3. Tuba, porta patens, Vicarius Dei, gratus Orbi;
4. Ab saturo patrat pia Virginis vbere doctus;
5. B. Petri cura roboratus pandit vestigia sua,
6. Vt Bar Iona regit, vocat pius ad patres Vrbis:
7. O tegitur Vrbs astris D. Vrbani Papae Octaui.
8. Ob res Vrbani PP. Octaui adstat regia virtus;
9. Toto et Barbarinus Papatu curis Dei grauis:

Optatur

10. Optatur igitur Barbarinus pascat oues Dei;
11. Sit Barberinus Papa, vti auctori Deo gratus;
12. Agè, sit Card. Barberinus Papa virtutis voto:
13. O terra Tiberis, Oct. Id. Augusti Vrbanus Papa;
14. Ergo est Orbis Papa ab ara in virtutis ductu;
15. Ast grauis potentia, ac operibus Vrbi datur.
16. O tribus Apibus regitur Nauis acta à D. Petro!
17. At vt Vrbe regat Apis, coronabatur Pisis I.V.D.
18. D. Petri Vrbs stat Apibus, Argo vero, Vaticani.
19. O tu pius Pater, tu vocabaris ad regna Tibris;
20. Adstas tu caput Vrbi aegro in Orbe à Spiritu,
21. Vti Pastor prius ab Tiberi ad regna vocatus,
22. Pater, et caput Vrbis rogatus ad inuia Orbis,
23. At tu Vrbis, et ad grauia Orbis vota Princeps:
24. Ergo vbi datus Vrbi à Patre, Nato, ac S.Spiritu,
25. Durat ver, Apis tua pascit agnos Vrbi, et Orbi;
26. Iis robur, Caritas Dei regnat sub Papatu tuo:
27. Ergo duris actis in Vrbe Apis tua optabatur;
28. Ibi Apis tua, prouidus Cato, terras gubernat:
29. O Apis Barbarina, tuto cursu Dei tuta pergis!
30. Vir virga potens, beatus, diu sacra portabit;
31. Egreditur ab Arno vt custos sui, à Tibri Papa;

At ibi

32. At ibi ad ocia regnaturus vbi Petrus Paſtor:
33. Ergo vir is Papatus cura ter donatus abibit;
34. Vt viro pacis gaudebit terra noſtra Apibus;
35. Genti ſub ira is optatae paci daturus robur;
36. Pacato ad iras Orbe virtutibus regnat pius;
37. Argus, iuſti vber patrator, videt bona pacis;
38. At vir cor Vrbis geſtabit diu Papatus onera.
39. O Papa virtute, gaudet Arnus, Tibris, ac Orbis;
40. Tuo Orbi ſtas petra Petri vicibus grauanda;
41. Orbi viuas, Vrbi datus pater, ac genti paſtor:
42. Triſtis at Vrbis iure gaude Vrbano Papa Oct.
43. Curras ſubitò, apparuit Orbi vita ad gentes;
44. Ita ſuade, ò Tibri, regnat tuus Papa, cor Vrbis;
45. Gaudebis actu, Orbis terrarū, Papatu in iſto.
46. Tu petra, dia Virgo, tu cuſtos Apis Barbarinę;
47. Tu, Virgo, puritate cuſtodi Apes Barbarinas.

Eiuſdem

Eiusdem Auctoris
ALIA ANAGRAMMATA.

I.

Maphaeus S.R.E. Presbiter Cardinalis Barbarinus.
ANAGRAMMA.
En res rara! res mirabilis! hic est B.D. Vrbanus Papa.

II.

Sanctissimus Dominus D. Vrbanus Octauus Pontifex Optimus Maximus etcet.
ANAGRAMMA.
Vix eris notus summus Custos in Mundo, cum mox te canet F.I.Baptista Spadius.

III.

Franciscus S.R.E. Cardinalis Barberinus Florentinus.
ANAGRAMMA.
Flos nitens D.N.Vrbani; carus,clarus Francis,et Iberis.

IV.

Bernardinus Spadius etc.
ANAGRAMMA.
Tu ipse es Card. S. D. N. Vrbani.

V.

Bernardinus S. R. E. Cardinalis Spadius etc.
ANAGRAMMA.
Ipse ardens S. D. N. Vrbani radius clarescit.

Marci

MARCI ANTONII PARMAE PLACENTINI

De Auctore.

M.Reuerendus Pater Ioannes Baptista Spadius à Florentiola Lector Ordinis Dominicani.

ANAGRAMMA.

Laetare modò, en es stupor in Aula Romani Pontificis D.Vrbani, et D.Nepotis S.R.E. Cardinalis.

HIERONYMI BETTINI ARTT. ET MED. DOCT.

De Opere, & Auctore.

Frater Ioannes Baptista Spadius à Florentiola Dominicanus tum Theologus sanè non vulgaris, tum probitate certè admirabilis.

ANAGRAMMA.

Tu alter Virgilius M. non Augusti, at D. Vrbani Oct. Pont. O.M. Poeta; et, si fas est, D.Nepotis almę R.E. Cardinalis Barberini fama, laus, honos.

ANONYMI ANAGRAMMATA.

I.

De Opere, & Auctore.

Pater Frater Ioannes Baptista Spadius à Florentiola Dominicanus etc.

ANAGRAMMA.

Iste sat affert plectro Andino res altas S. Domini N. Vrbani Papae Octaui.

II.

Reuerendus Pater Frater Ioannes Baptista Spadius à Florentiola Lector Dominicanus.

ANAGRAMMA.

An lauri, an cantus te efferunt, Psaltes, patriç splendor, Ausoniç decor, Orbis admiratio?

III.

Reu.Pater Ioannes Baptista Spadius Lector.

ANAGRAMMA.

Esto terris Psaltes D. N. Vrbani Papae Octaui.

IV.

De Operis Dedicatione.

Admodum Reuerendus Pater Ioannes Baptista Spadius Lector Ord. B.Patris Dominici.

ANAGRAMMA.

Tuto motu ito, Opus, nam re es ipsi DD.Bernardino Spadae S. R. E. Presb. Cardinali dicatum.

V.

Admodum Reuerendus Pater F. Ioannes Baptista Spadius à Florentiola Sacrae Theologiae Lector, ex tum insigni, tum celeberrimo, tum admirando Ordine Beati Dominici Sancti Patris nostri.

ANAGRAMMA.

De Vrbano Octauo Pontifice ter Opt. et ter Max. hasce Erato, et Clio canentes è P.Virgilio Marone Musas, Illustrissimo D.Bernardino S. R. E. Cardinali Spadae grati animi monumentum Dat D. D. F. I. B. S.

Ad

Ad Auctorem

Alberti Nicelli Comitis.

GRandia Dædaleo tecum dum Marte volutas,
Musa tuo exurgit Virgiliana sale,
Facundum inuentis affectat iungere plectrum,
Phœbeumque tibi communicare decus;
Scripta tua hinc decorat, felix decoratur & inde,
Tu das materiam, præbet & illa modos.
Credere sic liceat migrare in corpora manes,
Ecce Maro viui Vatis ab ore canit.

De Auctore.

Petri Francisci Nicelli Comitis.

SCribentem hunc video, mox perlego verba Maronis:
Quid mirum? hic Vates dictat, & ille canit.

IOANNI BAPTISTÆ SPADIO Sacro Mystæ, diuino Theologo, & Poetæ eximio.

Ioannes Baptista Saccus. S. D.

SVperasti iampridem aliorum de te opinionem ingenio tuo, miraq; facilitate, ac artificio Virgilio-Centones, ad quamcumque materiam explicandam, concinnandi. Nemo enim erat mortalium, qui existimaret, posse te tot, & tantas res, tamq; diuersas à mente illius Poetæ eiusdem versibus enarrare, & à fabulis ad veritatem, atque adeò à Gentilitate ad Catholicam Religionem tam facilè traducere; cum satis fuisset aliquibus, & quidem perpaucis, vnum, alterumve Centonem, etiam ex pluribus auctoribus magno labore consarcinasse, ingentemq; laudem ex eo meruisse. Nunc verò tu, noue Protee, tuam ipsius opinionem de te ipso superasti, Musarum Dialogo de Summo Pontifice Vrbano VIII. quem ex eodem Poeta, diuina potiùs, quàm humana arte consuisti. Si quis enim ex te quæsiuisset, num, post tot alios Centones in diuersis argumentis editos, in alias adhuc formas Virgilianam Musam trahere te posse confideres; vtique credidissem id abs te negatum iri. Sed res ipsa docuit, Nihil diffi-

cile volenti; nihilq́ tam arduum esse, quod intento studio, improboq́ labore nequeat explanari. Noli igitur quærere, quid de Opere tuo sentiam. Mirari potius illud possum, quàm satis laudare. Sed, ne vacuus omnino, atque immunis ad te veniam; hoc, quod illi, si placet, appingatur, Virgilium, ac te intuens, & de vtroque mecum loquens, Tetrastichon subieci:

Contulit ille modos, sensus sed contulit alter:
Contulit is corpus, contulit hic animam.
Hæc igitur quantò est illo magis inclyta, tãtò
Virgilium superat Spadius ipse meus.

Vale. Mediolani. Die ipso S. Michaelis Archangeli MDCXXVI.

Appro-

Approbatio Operis.

NOs Fr. Seraphinus Siccus Papienfis Magifter Generalis Ord. Prædicatorum. Vifis literis teftimonialibus R.R. P.P. Lectorum Fratris Cornelij de Placentia, & Fr. Iofephi Mariæ de Cremona, concedimus, quantùm ad nos attinet, vt feruatis feruandis, iuxta Decr. S.Conc. Trid. typis mandari poffit Liber infcriptus, De Vrbano Octauo Pont. Opt. Max. Erato, & Clio. Reu. P. Lectore Fr. Ioanne Baptifta Spadio de Florentiola Auctore. Dat. Romæ die 3. Iulij 1627.

Fr. Seraphinus qui fupra &c.

SEmper noui aliquid affert Africa: femper eximij aliquid in lucem profert aere Adm. R.P.F. Io. Baptiftæ Spadij ingenium. Qui iam fecundis votis tot fubfeciuis horis meditatos confuit Virgiliano metro Centones, mirùm quomodo adhuc reliquum habeat, quod confuat. quomodo poft tot infumpta Maroniana ftamina in elaborandis Poeticis periftromatibus filum repererit, quo nouum opus neat. En igitur poft tot fimili argumento edita opera nouum opus. En Eratus, & Clius recens, & nunquam periturus de Summo Sacrorum Præfule Vrbano VIII. P.M. Dialogus. En Spadium in hoc fcriptionis genere alium, eundemq; ditiffimum mercatorem ex eadem officina non eafdem merces exponentem. En Virgilium ipfum eieratis figmentis, profanis abolitis facra proferentem. Vidi, perlegi, admiratus fum hominem in non fuo ftylo, ftylum narrationis, ac laudationis tam proprium adinueniffe, tam probè affecutum, quod collinearat. Ingenium obftupui tàm fecundos aufus fortunaffe. Vnde, quantùm in me eft, liber hic Gloriæ, & Immortalitati facer efto.

Ita cenfeo ego D. Hieronymus Nicellus Plac. Cler. Regul. Sacræ Theol. profeffor, cum cenfura nihil dignum in eo repererim; nihil, in quod ex mandato Reuerendifs. P. Inquifitoris inquirerem, quod luce, ac laude dignum non exiftimauerim.

Lau-

Laudari à laudato viro ea demum vera laus eſt. Hinc ſuperiori atteſtationi, & encomio Clariſſimi Sacerdotis nihil addendum puto. Si tamen Reuerendiſſimi Patris Inquiſitoris Placentiæ mandatum eſt, vt his meum quoque typis iudicium præſcribatur, Admodum Reuerendi Patris Ioannis Baptiſtæ Spadij Placentini in Summo Antiſtitum Principe, ac D. Noſtro Vrbano VIII. poeticè exornando, mirificèque celebrando Virgiliana veſtigia ſemper auſu imperterrito terentis, nunquam ineptè intrudentis, ſed Maronis ipſis greſſibus ſacram laudationem præclarè ducentis, aureum opus moris, & verborum lepore nitidiſſimum, in primis autem Romanæ Fidei inoffenſo tramite legendum, quod incipit, Fluminis in ripa, terminaturque,& qui naſcantur ab illis, impreſſione digniſſimum cenſeo.

Ego Gaſpar Bragatia Plac.Sacræ Theologiæ Doctor.

Imprimatur.

Fr. Claudius C. Inquiſitor Placentiæ.

Cæſar Gallus Vicarius Generalis.

V.Iulius Cæſar Bicochus Duc. Cameræ Cancellarius.

OPERIS ELOGIVM.

LEGE, ET PELLEGE
In diffecto Virgilio opus integrum;
Poetarum Principem Princeps Poeta
inuertit, non euertit.
Receni ędificiũ, vetere materia, nouus exhibet Architectus.
Ingeniofa Anatome
nouum corpus coagmentat, dum fecat antiquum.
IOANNIS BAPTISTAE SPADII opus;
Qui, alter Hercules, non acie ferri, fed ingenij,
femper eft in fecto Virgilio noua ftirpe conceptuum ferax.
Quod ab integro concinnari non poteft,
id ab diuifo concinnè integrat.
In Virgilio non Virgilium exhibet:
& in non Virgilio Virgilium præbet:
Sacrorum Principem laudari nonnifi Mufa decuit facra:
Maximum item à Vate maximo:
Summus poterat Maro laudare Summum,
profanus tamen nequaquam facerrimum.
Ingenio SPADIVS affuit,
Sacram è diffuto Virgilio confuit laudationem.
Ergo, qui id præftat, Cento
Famæ centum linguis, Immortalitatis centum aris
dignus perennari.
Pro Capite Benemerenti
D. Hieronymus Nicellus Placentinus Clericus Regularis:
Quòd hoc ftadium SPADIO feliciùs nemo cucurrerit,
ad plaufum Mufarum, ad lufum Charitum,
D. N. M. Q. E.
POSVIT.

DE

VRBANO VIII.

P. O. M.

ERATO, ET CLIO.

Ex Virgilio.

ERATO, CLIO, IDASPVS.

Ae. 7. FLVMINIS in ripa, quo se
plus iactat Apollo, Ec. 6.
Ae. 12. Quo Nymphæ plaudunt cho-
reas,& carmina dicunt: Ae. 6.
Ec. 7. Fortè sub arguta consederat
ilice IDASPVS, Ge. 4.
Ge. 4. Ipse caua solans ægrum testudine pectus: Ae. 6.
Ae. 3. Cum subitò è syluis ERATO (quæ tempora rerum Ae. 7.
Ae. 6. Anchisa geniti, cecinit quæ prima futuros Ae. 8.
Ae. 8. Aeneadas magnos, horrentes Marte Latinos) Ae. 10.
Ge. 4. CLIOque; effusæ nitidam per candida colla Ge. 4.
Ae. 1. Cæsariem, pictis incinctæ pellibus ambæ, Ge. 4.

Ac. 3. Virginei vultus, præstanti corpore Nymphæ, Ac. 1.

Ec. 7. Ambæ florentes ætatibus, ab Ioue summo: Ac. 6.

Ac. 3. Procedunt, lætumque choro Pæana canentes. Ac. 6.

Florentiola Idaspi patria, quā Arida torrens alluit.

Ac. 6. Vt vidêre Virum Nymphæ Florentibus herbis Ec. 9.

Ec. 6. Floribus ornatum crines, è paupere Terra, Ac. 6.

Ac. 5. ARIDA quam rapidus montano flumine torrens Ac. 2.

Ge. 3. Perfundit, scatebrisque arentia temperat arua: Ge. 1.

Ge. 3. Mox ERATO occurrit, veteremque agnoscit amicum, Ac. 3.

Ac. 11. Pectore mærentem mæstas exprōmere voces, Ac. 2.

Ac. 1. Ac prior, Heus, inquit, quæ causa indigna serenos Ac. 2.

Ac. 2. Fœdauit vultus? aut cur hac cernimus vmbra Ec. 1.

Ec. 8. Carmine spem simulans, premis altum corde dolorem? Ac. 1.

Ac. 6. Vnde tibi hæc species animorum, & pectore motus? Ge. 1.

Ec. 7. Omnia nunc rident, nunc formosissimus annus, Ec. 3.

Ac. 5. Tranquillæ spirant auræ, datur hora quieti Ac. 5.

Ac. 1. Italiæ, magno discordes æthere venti Ac. 10.

Ac. 7. Iam placidi posuere, premit placida æquora pontus; Ac. 10.

Bernardinus Card. Spada.

Ac. 2. Et nunc quòd patrum magnus, primusque tuorum, Ac. 11.

Ac. 11. Et prædulce decus, consanguinitate propinquus, Ac. 2.

Ge. 3. Munere de digno properans aduentat ad Vrbem, Ac. 11.

Ac. 3. Purpureus nouus exuuijs, nitidusque iuuenta, Ge. 3.

Anagrām. Matris Acidaliae. Iam lactis Dariae.

Ac. 1. MATRIS ACIDALIAE, PAVLI pulcherrima proles, Ac. 6.

Ge. 2. Purpureo & quo tu magno es dilectus amore; Ac. 1.

Ge. 2. Nunc te præcipitant curæ, turbataque mens est, Ac. 11.

Ec. 6. Et frons læta parum, & deiecto lumina vultu. Ac. 6.

Sunt

Ae.12.	Sunt tibi? qualis eras! quantum mutatus ab illo	Ae. 2.	
Ge. 3.	Tempore, quo quondam gracili modulatus auena	Ae. 1.	
Ae. 1.	Carmen, & egressus syluis, audaxque iuuenta,	Ge. 4.	
Ec. 6.	Cœpisti victorque virûm volitare per ora!	Ge. 3.	
Ec. 2.	ID. O Phœbi soror, & Nympharum sanguinis vna,	Ae. 1.	
Ae. 3.	Expediam paucis, animumque explesse iuuabit.	Ae. 2.	
Ge. 2.	Vi propria nitens cecini sub tegmine fagi.	Ge. 4.	*Alludit ad Vrbani III. triumphũ ab Idasso concinnatum.*
Ae. 5.	(Tertius exactis complectur mensibus orbis)	Ae. 5.	
Ge. 4.	Carmine Pastorum Patrem, genus ab Ioue summo:	Ae. 1.	
Ge. 2.	Versibus incomptis lusi, pro nomine tanto	Ae. 8.	
Ae. 8.	Exiguæ vires, non omnia possumus omnes.	Ec. 8.	
Ec. 1.	Nanque, fatebor enim, diuino carmine Pastor	Ec. 6.	
Ge. 1.	Maximus ipse fuit cantari dignus, & ista	Ec. 5.	
Ec.10.	Carmina pastori Siculo ipse reliquit Apollo,	Ec. 5.	
Ge. 4.	Illo Virgilius numero donatus abiuit.	Ae. 5.	
Ec. 2.	Iampridem ergo auidus dictis, ac numine Phœbi	Ae. 9.	
Ae.10.	Fatidicæ Mantus cithara, fidibusque canoris	Ae. 6.	
Ae. 9.	Est hic, est animus ducibusque, & viribus æquis,	Ae.10.	
Ae.12.	Certa referre viris, & paucis dicere, magno	Ae. 1.	
Ae.11.	VRBANO, totum qui viribus occupat orbem,	Ae. 7.	*Vrbani VIII*
Ge. 4.	Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura sequentur;	Ge. 1.	
Ge. 2.	Sed quia iam resides animos, desuetaque corda	Ae. 1.	
Ae.12.	Accipio, agnosco curisque ingentibus ægra,	Ae. 1.	
Ec. 3.	Sensus hebet, frigentque effœtæ in corpore vires.	Ae. 5.	
Ec. 7.	Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi versus	Ec. 8.	

Virgilio, qui in vico Andes natus est.	Ge. 1. ANDAEO quos ante seni, quibus ille solebat		Ec. 6.
	Ec. 6. Cantando rigidas deducere montibus vlmos,		Ec. 5.
	Ge. 1 Ferteque quæ ille facit, aut si non possumus omnes,		Ec. 7.
	Ec. 7. Hic arguta sacra pendebit fistula lauro.		Ge. 2.
	Ec. 5. ER. Sis bonus ô, felix, multos dilecte per annos,		Ae. 9.
	Ec. 6. Omnia quæ Phœbo quondam meditante coegit		Ge. 4.
Virgilius.	Ae. 9. Thebanæ Mantus, & Tusci filius amnis,		Ae. 10.
	Ec. 5. Hæc tibi semper erunt: superant, absiste morari,		Ae. 12.
	Ae. 12. Iam iam fata vocant & quò fortuna, sequamur.		Ae. 12.
	Ec. 10. Incipe sollicitus, superet modò Mantua nobis,		Ec. 9.
	Ec. 7. Et cantare pares, & respondere paratæ.		Ae. 1.
	Ae. 3. ID. Ergo agite ô primùm dulces ante omnia, Musæ		Ge. 2.
	Ae. 6. Andinæ, colui, vestros si semper honores,		Ae. 12.
	Ae. 5. Ore fauete omnes tantarum in munere laudum,		Ae. 8.
	Ae. 6. Sit mihi fas vestras audire, & reddere voces.		Ae. 1.
	Ec. 3. CL. Nunquàm carminibus nostris indoctus abibis,		Ae. 7.
	Ae. 3. Quæcunque in folijs descripsit carmina Manto		Ae. 5.
	Ae. 2. Vnà exercemus, quod tota mente petisti		Ae. 4.
	Ae. 4. Hoc dabitur, notas audire, & reddere voces.		Ae. 6.
	Ae. 12. Alternæ dicemus, amant alterna Camœnæ.		Ec. 3.
	Ae. 2. ID. Incipiam. Terris vnde hæc tam clara repentè		Ae. 9.
	Ae. 7. Orta dies? & quæ populos, Vrbemque, Latinas		Ae. 6.
	Ae. 5. Gaudia pertentant nunc terras? ordine longo.		Ae. 1.
	Ec. 5. Cur Italæ gentes, omnisque Oenotria tellus,		Ae. 7.
	Ae. 10. Lætitia exultant, animosque ad sidera tollunt?		Ae. 9.

ER.

ER. Causa latet fama totum vulgata per orbem?	Ae. 1.	
Os, humerosque Deo similis, sceptrisque potitus	Ae. 3.	
Regia Romani, VRBANVS, templique Sacerdos,	Ae. 7.	*Vrban. VIII.*
Ipse sedens niueo candentis limine Petri,	Ae. 5.	
Prospiciens actos animis in funera Reges,	Ae. 7.	
Magnanimosque Duces, totamque sub arma coactam	Ae. 7.	
Italiam; læto socij clamore Nepotis,	Ae. 6.	*Frãcisci Cardin. Barberini.*
Paciferaque manu, ramo felicis oliuæ	Ae. 6.	
Componit posito inter se certamine Reges,	Ae. 8.	
Turbatosque Duces æterno fœdere iungit,	Ae. 11.	
Compositumque regit patrijs virtutibus orbem.	Ec. 4.	
ID. Maximus vnde Pater, Rex idẽ, hominumq. Sacerdos?	Ae. 3.	*Vrban. VIII.*
CL. Longè illi blandi fundant cunabula Flores.	Ec. 4.	
Vrbs Etrusca solo pulcherrima, nomine dicta	Ae. 3.	
(Tantus amor florum) varijs FLORENTIA sertis	Ae. 4.	*Florentia Vrbani VIII. patria.*
Clara, antiqua, potens armis, atque vbere glebæ:	Ae. 1.	
Pacatum Magni quæ agitans sub legibus æuum,	Ge. 4.	
Etruscique Ducis regali splendida luxu,	Ae. 1.	
2. Multa, manu Medica, maioraque viribus audet;	Ae. 10.	
3. Hæ propriæ sedes, hic ortus maximus Atlas,	Ae. 1.	
3. Romanum ætherios humero qui sustinet orbes.	Ae. 8.	
9. ID. Tempore quo primi sub luminis editus auras?	Ae. 7.	*Natus est Vrbanus VIII. ann. 1568. sedente Pio V. Pont. Ord. S. Dominicii.*
8. ER. QVINTO omne Hesperiã penitus, moresq. manusq.	Ae. 6.	
6. Instaurante PIO; templo, lucisque, sacrati	Ae. 7.	
2. Relligione PATRIS, cui aperitur vertice sidus.	Ae. 8.	

ID.

Ae. 8. ID. Qui genus? vnde domo hic fertur? quo sāguine cretus? Ae. 3.

Vrban. VIII. ex Barbarinorum familia. Ec. 1. CL. BARBARIDÆ magni: genus alto à sāguine diuûm: Ae. 5.

Ge. 2. Casta, pudica domus centum complexa nepotes, Ae. 6.

Ae. 6. Omnes cælicolas, omnes quos æquus amauit Ae. 6.

Ae. 10. Omnipotens, ardensque euexit ad æthera virtus. Ae. 6.

Ae. 11. ID. At quæ pompa domus, clypeoq. Insigne paternum? Ae. 7.

Gentilicium stemma familiæ Barbarinæ vnde. Ae. 8. ER. Fortè die festo, pro maiestate suorum, Ae. 12.

Ae. 3. Cælicolûm Regi gens hæc celebrabat honores, Ae. 12.

Ge. 1. Annua vota Deæ Matri, diuisque ferebat. Ae. 3.

Ae. 6. His demum exactis, perfecto munere diuis, Ae. 2.

Ae. 6. Matres, atque viri, & primæuo flore iuuentus Ae. 7.

Ae. 9. Conueniunt gentis, magnam quæ sparsa per vrbem, Ae. 1.

Ge. 2. Antiquasque domos primi de gente vetusta Ae. 9.

Ae. 4. Deueniunt, medijsque parant conuiuia tectis. Ae. 2.

Ae. 7. Laurus erat tecti medio in penetralibus amplis Ae. 4.

Ge. 1. Ingens, sacra comam, multos seruata per annos: Ae. 7.

Ge. 4. Cuius Apes summum densæ (mirabile dictu) Ae. 7.

Ae. 5. Agmine partito magno stridore per auras Ge. 1.

Ae. 2. Ascendêre apicem, & pedibus per mutua nexis Ae. 7.

Ae. 7. Examen subitum ramo, folijsque pependit. Ae. 8.

Ae. 7. Continuò vates, Audite ò mentibus æquis Ae. 9.

Ae. 10. Egregij proceres, ait, & spes discite vestras. Ae. 3.

Ae. 2. Vestram hoc augurium, atque oculis mirabile monstrum, Ae. 8.

Ae. 5. Ostentant hanc progeniem virtute futuram Ae. 7.

Ae. 1. Egregiam, & facilem victu per sæcula: certo Ae. 1.

Centum

Centum Oratores, & Phoebo digna locutos; Ae. 6.
Longæuosque senes, ingentes corpore, & armis Ae. 11.
Magnanimosque Duces, totiusque ordine Martis, Ae. 1.
Expertos belli iuuenes, pacisque ministros, Ae. 11.
Tyrrhena in ferrum pro libertate ruentes; Ae. 8.
Pastores ouium, stellis fulgentibus aptos, Ae. 11.
Sæcula qui rursus, diuûm genus, aurea condent, Ae. 6.
Qui mare, qui terras omni ditione tenebunt. Ae. 9.
Talia fatus erat vates, subitoque fragore Ae. 2.
Intonat Omnipotens ter cælo clarus ab alto, Ae. 7.
Atque improuisò vibratus ab æthere fulgor Ae. 8.
Cum sonitu venit, & tremere omnia visa repentè, Ae. 3.
Liminaque, laurusque moueri: protinus omnes Ae. 7.
Attonitis inhiant animis, superosque precantur: Ae. 5.
Cælicolæ, seruate domum, seruate nepotes: Ae. 2.
De cælo, Omnipotens, precibus si flecteris vllis, Ae. 2.
Respice nos, hoc tantùm: & si pietate meremur, Ae. 2.
Auxilio-rutos dimitte, hæcque omina firma. Ae. 2.
ID. O fortunatique, ô terque, quaterque beati, Ae. 1.
Quos Pater ipse suo superûm iam signat honore! Ae. 6.
ER. Tempore iam ex illo gens belli insigne superbum Ae. 10. *Tres Apes in stemmate Barbarinæ gentis.*
Hyblæis Apibus, natis è suauibus herbis, Ge. 4.
Portat ouans: genti nomen dedit, armaque fixit. Ae. 1.
ID. At qui, qui tanti talem genuere parentes? Ae. 1.
CL. Huic ope Barbarica, varijsque ANTONIVS actis, Ge. 2. *Antonius Barbarinus,*

Semine

& Camilla Barbadora	Ae. 7.	Semine ab ætherio, genitor: lectissima Mater,	Ae. 9.
Vrbani VIII parentes.	Ae. 9.	Insignis facie, egregia de gente CAMILLA,	Ae.11.
	Ae. 8.	(Aurea cæsaries ollis, atque AVREA BARBA)	Ec. 8.
	Ae. 6.	Concordes animi, ij talem genuere parentes.	Ae.10.
Baptismate.	Ae. 3.	ID. Ecquod iam puero perfuso Flumine sacro	Ge. 2.
	Ae.12.	Constituit nomen media testudine templi,	Ae. 5.
	Ge. 3.	More patrum, niuea, puraque in veste Sacerdos?	Ae.12.
	Ae.11.	ER. Proh magnum nomen! (suaserunt nomina Diui)	Ae. 3.
Vrban.VIII. cur appellatus Maphaeus	Ae. 9.	Eductum MArtis, dio & de nomine PHOEbI:	Ae. 6.
	Ge. 3.	Scilicet ante omnes vt qui Mauortis ad vrbem	Ae. 6.
	Ae. 6.	Missus in imperium magnum virtute futurus	Ae. 7.
	Ae.11.	Insignis longè, Phoebeæ lampadis instar.	Ae. 3.
	Ae. 7.	Nanque ferunt, postquam longa cum veste Sacerdos	Ae. 6.
	Ae. 8.	Relligione patrum latè sacra extulit vnda	Ge. 4.
Originale peccatum.	Ae. 6.	Infantem, exemit labem, purumque reliquit,	Ae. 6.
	Ge. 4.	Auditus subitò tales effundere voces:	Ae. 5.
Vaticinium de Maphaeo.	Ae. 3.	Audite, ò proceres, ait, atque hæc figite dicta:	Ae.10.
	Ae. 2.	Natum hunc post varios hominumq. vrbisq. labores,	Ae. 2.
	Ae. 1.	Insignem pietate Virum Mauortia tellus	Ge. 4.
	Ae. 5.	Excipiet plausu, gaudensque attollet in auras.	Ae. 4.
Maphaeus.	Ae.12.	IaMque Aderit PHOEbo ante alios dilectVS, vt alter	Ae.11.
	Ae. 4.	Sol hic Phoebea lustrabit lampade terras.	Ae. 4.
	Ae. 8.	In summo custos Tarpeiæ, arcisque Sacerdos	Ae. 6.
	Ae. 8.	Stabit pro templo, & Capitolia celsa tenebit,	Ge. 3.
	Ae. 1.	Maximus imperiumque Pater Romanus habebit.	Ae. 9.

ID.

ID. Quo puer ipse modo, superas vt venit ad auras, Ge. 4.
Nutritus? CL. Teneris immulgens vbera labris Ae. 11. *Maphei patritia.*
(Cælestûm vis magna iubet) cælestia dona Ge. 4.
Munera læta Dei, longumque bibebat amorem. Ae. 1.
Ipsa Dei fertur Genitrix, stella aurea, cælo Ae. 7.
Descendens magno pressisse ad pectora natum; Ae. 7.
Necnon & niueis hinc, atque hinc Diua lacertis Ae. 8.
Cunctantem amplexu molli fouisse frequenter. Ge. 3.
Quin etiam gemini Custodes limine ab alto Ae. 8. *Angeli.*
Munere concessi diuûm natoque, patrique. Ae. 10.
Talibus auspicijs, & defensoribus istis, Ae. 2.
Nato ante ora patris genitrix pulcherrima misit Ae. 12.
Nutrimenta, dedit diuini signa decoris. Ae. 5.
ID. Quantùm ignes, animique valent mortalibus ægris, Ge. 1.
Spiritus & quantùm ætherijs delapsus ab astris! Ae. 5.
Matres, atque viri haud equidem sine numine diuûm Ae. 5.
Præsenti possunt paruos educere natos. Ae. 8.
CL. Ergo omni cura, è multis quæ maxima, natum Ae. 5. *Maphæum.*
Dum fouet augusti subter fastigia tecti Ae. 8.
Alma parens, duræ rapit inclementia mortis Ge. 3.
Heu genitorem! omnis quem non virtutis egentem Ae. 11. *Antonium Barbarinum.*
Eripit atra dies, & funere mergit acerbo. Ae. 6.
ID. Heu miserande puer, puerique parentibus orbi! Ae. 11.
Anne pedum primis infans vestigia plantis Ae. 11.
Institerat, genitor cum cælo inuectus aperto? Ae. 1.

D ER.

Trimus patrem amittit. Ae. 11. ER. Infantem fugiens iam tertia viderat æstas; Ae. 1.
Maphæus. Ae. 5. Cum pater insignis fama, & felicibus armis, Ae. 7.
Ae. 7. Aduenisse diem, quo lumina morte resignet, Ae. 4.
Ae. 10. Agnouit longè, superûm quo ad lumen iturus, Ae. 6.
Ae. 4. Incubuitque toro: tum creber anhelitus artus, Ae. 5.
Ae. 5. Aridaque ora quatit, fluit vndique corpore sudor. Ae. 7.
Ae. 10. Stant lectum circùm iuuenes de sanguine nati, Ae. 2.
Ae. 11. Pectora mærentum, pueri, gratissima coniux, Ae. 10.
Ae. 10. Egregij & fratres, cælo capita alta ferentes. Ae. 1.
Antonius Barberinus. Ae. 6. Ille autem, quanquam in mediæ iam morte tenetur, Ae. 2.
Ae. 2. Non tamen abstinuit curas his demere dictis: Ae. 3.
Ae. 1. Soluite corde metum, & tristes deponite curas: Ge. 4.
Ae. 10. Omnibus est vitæ breue, & irreparabile tempus; Ae. 10.
Ae. 10. Stat sua cuique dies, & proxima meta viarum: Ae. 8.
Ae. 3. Mutandæ sedes; ad cælum hinc ire putandum est. Ae. 6.
Ae. 7. Hic domus, hæc patria est, non vlli obnoxia curæ, Ge. 2.
Ae. 6. Fortunatorum sedes, vberrima regna. Ae. 3.
Ae. 7. Hic mihi magna domus, requies ex certa laborum. Ae. 3.
Ec. 4. Ipse diu (res si qua diu mortalibus vlla est) Ae. 10.
Ae. 4. Vixi, & quem dederat cursum Rex magnus Olympi, Ae. 5.
Ae. 1. Expleui; video medium discedere cælum: Ae. 9.
Ae. 9. Palantesque polo stellas: carissima coniux, Ae. 8.
Ge. 2. Interea, dulces nati, mea maxima cura, Ae. 1.
Ae. 7. O mea progenies, diræ de sanguine gentis, Ae. 5.
Ae. 3. Viuite felices, corde & secludite curas: Ae. 1.

. Vnus natorum, mea fera, & sola voluptas, Ae. 8. *Antonij Barberini vaticiniũ de Maphæo filio.*

r. Tyrrhenum ad Tibrim magnus Rex ipse Latinus Ae. 7.

6. Imperium terris, animos æquabit & astris. Ae. 5.

2. Hæc vbi dicta dedit, cunctis ex more vocatis Ae. 5.

4. Inter sacra deûm, clypeo, & cælestibus armis Ae.12.

7. Indutus, placida compostus pace quieuit. Ae. 2.

e. 2. ID. Credita cui pueri est amisso cura parente? Ae. 3.

Ae. 7. CL. Fratri est; is qui animo Insignis, præstantibus armis Ae.11. *Maphæi vsq; ad annũ æq. adolescentia sub Raphaelo patruo, equite S. Stephani, ex bello Belgico clarissimo.*

Ae. 1. Tum pietate graui, ac meritis vir; cui Raphaelis Ge. 4.

Ae.12. Nomen erat; regis victricia qui arma secutus Ae. 3.

Ge. 3. Belgica; cui virtus, animusque in pectore præsens; Ae. 5.

Ae. 7. Illius de gente Equitum, & Florente caterua, Ae.12.

Ae. 1. Æterni Regis quondam qui captus amore Ae.11.

Ae. 5. In saxis (felix) exangui cæde peremptus: Ae. 9.

Ae. 5. Ductor is est pueri bissenos vtilis annos. Ae. 2.

Ge. 2. ID. Quos fructus, quos is sub auo de gente suprema Ae. 7.

Ae.10. In lucem genitore dedit iam morte perempto? Ae.11.

Ae. 6. ER. Egregios; quos & superi Regnator Olympi, Ae. 2.

Ae. 1. Quos & amor patriæ, laudumque immensa cupido Ae. 6.

Ae. 8. Excitat: arrectæ mentes, stupefactaque corda. Ae. 5.

Ae. 4. Hic, postquam primo depulsus ab vbere matris, Ge. 3.

Ae. 3. Effigies sacras diuûm, venerabile Lignum, Ae.12. *Crucem Christi.*

Ae.12. Quo vitam dedit æternam pulcherrima Proles Ae. 6.

Ae.11. Virginis, ac multo vitam cum sanguine fudit: Ae. 2.

Ae. 7. Ætheriæ cæli Nymphæ veneratur & ipsam. Ge. 4. *B.Virginis;*

D 2 Grandior

	Ge. 1. Grandior vt factus angusto in pectore versat	Ge. 4.
	Ge. 4. Ingentes animos . primo cum lumine Solis	Ae. 7.
Maphei religio.	Ae. 4. Corripit è stratis corpus, tenditque supinas	Ae. 3.
	Ae. 3. Ad cælum cum voce manus; se munere donat	Ae. 5.
	Ae. 10. Et totum superis; quorum se deuouet aris.	Ae. 12.
	Ge. 2. Ipse dies agitat festos in honore deorum:	Ae. 3.
	Ge. 4. Te veniente die, te decedente precatur	Ae. 4.
Sanctissima Trinitas.	Ae. 12. Suppliciter venerans, Genitor, cum Flamine sancto,	Ae. 8.
	Ge. 2. Æternùm Generate, Dei certissima Proles:	Ae. 6.
Tribus honor vnus.	Ae. 5. Omnibus his erat vnus honos, & gloria laudum.	Ae. 11.
	Ae. 9. Inque salutatam linquit non te, optima regum	Ae. 11.
	Ae. 1. Regina, ad templum, forma pulcherrima, Virgo	Ge. 3.
	Ae. 2. Sacra; suosque tibi commendat pluribus actus.	Ae. 6.
	Ge. 3. Inque dies surgens nullo discrimine sacrum	Ae. 12.
	Ae. 4. Multa manu supplex orans auditque, videtque.	Ae. 4.
Disciplinarū amor in Maphaeo.	Ge. 3. Post hinc digressus, laudum perculsus amore,	Ae. 9.
	Ec. 1. Nil torpere graui passus sua regna veterno.	Ge. 1.
Grammatici.	Ae. 5. Iamque adeò Donati omnes super ipse secutus	Ae. 12.
	Ae. 6. Inuentas artes, opera inter talia primus	Ae. 6.
	Ae. 9. Incedit, pueros victor supereminet omnes.	Ae. 6.
	Ae. 7. ID. Dicite, quæ fuerint iuuenili in corpore vires,	Ae. 5.
	Ge. 4. Qui fuerint animi; & rebus spectata iuuentus.	Ae. 8.
	Ae. 10. CL. Imo in corde pudor, mens est sibi conscia recti;	Ae. 1.
	Ge. 2. Per genera humilis; matris præcepta facessit;	Ge. 4.
	Ec. 2. Maiorum nec præceptis parêre recusat;	Ae. 24.

Odit

Ae. 7. Odit & insidias, & crimina noxia cordi; Ae. 7.
Ae. 3. Immotumque coli dat virginitatis amorem; Ae. 11.
Ae. 5. Effugit ante alios iuuenes ante ora parentum Ge. 4.
Ae. 1. Virtutum immemores, turpique cupidine captos, Ae. 4.
Ec. 5. Atque Dei ignaros rerum, ingratosque salutis. Ae. 10.
Ae. 7. Per medias vrbes defixus lumina vultu Ae. 6.
Ae. 4. Incedit; pulcro veniens in corpore virtus Ae. 5.
Ge. 1. Apparet liquidò, sublimis gloria rerum, Ae. 4.
Ae. 10. Frons hominem præfert; Iuuenis manus emicat ardens, Ae. 6.
Ae. 3. Cernitur & mentis, patriæ & pietatis imago. Ae. 10.
Ae. 1. Finibus ex patrijs Tiberini ad fluminis vndam Ae. 10. *Romã à Frãcisco patruo vtr. sign. Referẽdario accitus Maphæus humaniorum litterarum, Rhetoricæ, Poeticæ, Logicæ, Philosophiæ, Legum, ac Theologiæ studijs operã nauat.*
Ae. 7. Ductus Auo magno (nomen coluere Minores) Ae. 3.
Ae. 2. Incumbit pariter diuinæ Palladis arti. Ae. 2.
Ae. 8. Exquiritque, auditque virûm monimenta Latinûm, Ae. 1.
Ae. 3. Graiugenûm magnas antiquæ laudis & artes; Ge. 2.
Ae. 9. Discurrit, vario socios sermone requirit. Ae. 1.
Ae. 6. Ipsum Parnassi deserta per ardua dulcis Ge. 3.
Ge. 3. Raptat amor, ripas iuuat ire, & per iuga Cynthi; Ae. 1.
Ae. 9. Qua ratione, via, docuit post exitus ingens. Ae. 5.
Ae. 3. ID. Vidi ego lecta diu, & multo spectata labore Ge. 1. *Alludit ad Poemata sacra Maphæi.*
Ec. 10. Carmina, perpetuum lucis mansura per æuum, Culic.
Ae. 6. Quæque pius Vates, & Phoebo sacra secundo Ae. 8.
Ge. 1. Iampridem lusit gracili modulante Thalia. Culic.
Ae. 11. CL. Altior insurgens Naturæ accedere partes Ge. 2.
Ge. 1. (Maximo Aristæo quoniam est oblata facultas) Ge. 4. *Aristotele.*

Incipit,

Ae. 2. Incipit, & caufas penitus tentare latentes. Ae. 5.
Ae. 7. Ipfe etiam certis dimenfum partibus orbem Ge. 1.
Ae. 4. Enumerare valet; Lunæ, Solifque labores Ae. 1.
Ae. 3. Agnofcit, cælique vias, & fidera monftrat. Ge. 1.
Ae.12. Tum ftudio infurgens auidum caput altius effert. Ge. 3.
Ae.12. Ipfe inter primos veterum penetralia legum, Ae. 2.
Ec. 1. Et fontes facros, & fancta oracula diuûm Ae. 8.
Ae. 8. Lætus adit, faliente fitim reftinguere riuo. Ec. 5.
Sententiarũ. Ae.12. Veftigat magni memoranda inuenta Magiftri, Ge. 4.
Io. Capreoli Ord. Præd. Ec. 2. Capreoli huc illuc immenfa volumina verfat. Ae. 5.
S. Thomas Aquinas Diuinæ voluntatis interpres. Ae.12. Ipfe fuas artes, fua munera lætus Aquinas, Ge. 3.
Ae. 4. Interpres diuûm, demiffus ab æthere fummo, Ae.12.
Ae. 6. Egregio Iuueni præftanti munere donat. Ae. 5.
Ge. 4. ID. Effe Apibus partem diuinæ mentis, & artes Ae.12.
Ge. 4. Ætherias omnes Graij meminere poetæ. Ge. 3.
Ge. 4. Verùm vbi doctores diuini gloria iuris Ge. 1.
Maphæum. Ae.12. Egregium Iuuenem varia cinxere corona? Ae.11.
Pifæ, Thufciæ vrbs à populis, relicta Elide ad Alpheũ fluuiũ, condita. Ae. 2. ER. Vrbs bello præclara iugis infedit Etrufcis, Ae. 8.
Ae. 3. Quam fecere manus Alpheæ ab origine Pifæ, Ae.10.
Ae. 3. Terra antiqua, potens, operum haud ignara Mineruæ. Ae. 5.
Ae.11. Huc Iuuenis nota fertur regione locorum. Ge. 1.
Ae.11. Incipit ipfe fua moliri laude laborem, Ae. 4.
Ae. 5. Oftendit dextra poffit quid viuida virtus. Ae.12.
Ge. 4. Ipfe ad furgentem conuerfus lumina Solem, Ae.12.
Sol exoriens, cũ infcriptio- Ge. 1. Solis & occafum feruans, Infigne gerebat Ae.12.

Solis,

Solis, inardescens radijs vt qui omnibus IDEM, Ge. 3.
ATQVE ALIVS, latè flammis opera omnia lustrans Ao. 4.
. **Exoritur**, claudens circùm atque horrentibus vmbris. Ae. 1.
.. **Hac verò** ingentem pugnam de Legibus vrbe Ae. 6.
.. **Altior** insurgens summas ad Palladis arces Ae.12.
3. **Edicit** primis iuuenum: iubet arma parari; Ae. 7.
5. **Inuitat** qui fortè velint contendere contra, Ae. 5.
2. **Viribus** atque ingens media consistit arena. Ae. 5.
, 2. **Tum** patiens operum, paruoq; assueta iuuentus Ae. 9.
:. 2. **Circunfusa** ruit: pars & certare parati Ae. 5.
:. 9. **Vndique** conueniunt: Iuuenem fortissima frustra Ae. 2.
c.10. **Dicta** parant contra, telisq; freqnentibus instant. Ae.10.
.e.10. Ille autem impauidus intentis omnibus vnus Ae. 5.
.e. 6. Respondet, tela aduersos contorquet in hostes. Ae.12.
Ae.11. Haud segnes alij vix prima & prælia tentant: Ae. 2.
Ae. 9. Succidunt, non lingua valet, non corpore notæ Ae.12.
Ae.12. Sufficiunt vires; nam respondere paratus Ec. 7.
Ae. 7. Ille, velut pelagi rupes, quæ prodit in æquor Ae.10.
Ae. 9. Vastum, ventorum furijs, expostaque ponto, Ae.10.
Ae.10. Vim cunctam, atque minas perfert immota, resistit. Ae. 7.
Ge. 1. Et studij custos, illum admirantur & omnes. Ge. 4.
Ae.12. Doctores, nequeunt expleri corda tuendo Ae. 8.
Ge. 1. Ingenium rerum, prudenti tempore vires, Ae. 4.
Ge. 4. Mores, & studia, atque animum, mentemq; benignam, Ae. 1.
Ae.11. Insigni vt primam meruit qui laude coronam, Ae. 5.

ne: Aliusque & idem. Insigne Maphæi ab ipso Pisis formatum.

Theses Legales Pisis defendit ab argumentantibus Maphæus.

Conclu-

Ae.10. Conclamantque nouum terræ lucescere Solem. Ec. 6.

Orationẽ habet Maphæus ĩ funere Frãcisci Magni Etruriæ Ducis.

Ae. 4. Egregiam verò laudem, & spolia ampla reportat Ge. 1.
Ae.11. Largus opum, & lingua melior in funere acerbo Ae.11.
Ae.11. Tyrrheni Ducis egregij fulgentibus armis; Ae. 6.
Ae. 1. Cum subitò assurgens alta ad delubra deorum Ge. 4.
Ae. 5. Ostentans artem pariter (vix lumine quarto Ae. 6.
Ae.10. Concesso ad munus) medijs in millibus ipsi Ae.12.
Ge. 4. Orando Heroi laudes, & facta parentat. Ec. 4.
Ge. 2. His animaduersis, meriti non immemor vnquam Ae. 9.

Doctoratus laurea exornatur Maphæus annũ agens vigesimum.

Ae. 9. Tandem doctorum nil magnæ laudis egenti Ae. 5.
Ae. 5. Dat senior lecto Iuueni (iam cœperat annus Ec. 8.
Ae. 1. Bisdenus vitæ hunc ipsum) immortalis honoris Ge. 4.
Ae. 7. Primatum; magis, atque magis gaudere Magistri Ge. 3.
Ae.11. Muneribus, viridique aduelat tempora lauro. Ae. 5.
Ge. 4. ID. Post vbinam demum? hac voluit consistere terra? Ae. 1.

Romam reuertitur Maphæus, & à Sixto V. Romanæ Curiæ Præsul, inde vtr. sign. Referendarius creatur.

Ae. 7. CL. Haud mora festinat Laurentem attingere Tibrim. Ae. 5.
Ae. 9. Nec longum in medio tempus, redduntur honoris Ae. 5.
Ae.12. Nomina virtuti sex actis mensibus orbis. Ae. 5.
Ae. 8. Romulidûm Felix sacrata Sistus in arce Ae. 2.
Ge. 2. Eductus stabat sacer ipse è Montibus Altis. Ge. 4.
Ae. 5. Hic Iuuenis virtutem antiquam, animosque viriles Ae. 3.
Ae.12. Prospiciens, multa, & magna inter præmia ducit, Ae.12.
Ae. 7. Tum verò Signi geminum proponit honorem; Ae. 5.
Ae. 9. ID. Hic tantùm meritis fuit ingens Monte sub Alto? Ae.11.

A Clemente VIII. Fani

Ae.10. ER. Ipse caput populis, Thusco de sanguine magnus Ae. 3.

Exultat

Ae.16. Exultat Clemens referens opera, atque labores Ac.11.

Gubernator constituitur

Ac.10. Expertus Iuuenis, sublimem ad sidera cæli Ac. 1.

Maphaeus.

Ac. 7. Illum autem attollit, promiſſo munere donat: Ac. 5.

Ec. 1. Nanque gubernaclo rector ſubit, ipſe magiſter Ac. 5.

Ac. 7. Et veteris Fani (ſolidum Fortuna locauit Ac.11.

Ac. 1. Hic templum, donis ingens, viſuque ſuperbum) Ac. 3.

Ge. 3. Ac Parço, ſociûm non inferiora ſecutus, Ac. 6.

Abbreuiator de Parco maiori .i. maioris præſidentiæ. & Cameræ Apoſtolicæ Clericus.

Ac.12. Præſidet, & paribus curis veſtigia figit, Ac. 6.

Ac. 3. Aulai in medio decus, imperiumq; Latinæ, Ac.12.

Ge. 4. Quin ipſum ſtupuere domus, populuſq. patreſq. Ac. 9.

Ac. 1. (Nec dum flauentem prima lanugine malas) Ac.10.

Ac. 5. Rectorem: eſt illi curæ mortalis egeſtas, Ac. 3.

Ac. 5. Indicat humanis quæ ſit fiducia rebus, Ac.10.

Ac. 1. Omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egentes Ac. 7.

Ac. 5. Excipit, ac feſſos opibus ſolatur abundè. Ac. 7.

Ac.12. Componit ruptas inter ſe legibus vrbes, Ge. 1.

Vmbrorũ, Camersium, & Beneuẽtanorum diſſidia componit Maphęus; aquiſque Traſimeni educendis præeſt.

Ac. 3. Hoſtiles mollitque animos, & temperat iras Ac. 1.

Ac.11. Veloces iaculo: multa prior arte Camertes Ac.10.

Ac. 1. Imperio regit; & pallentes diſcutit Vmbros: Ge. 3.

Ac. 4. Et BENE apud memores veteris ſtat gratia VENTI: Ac. 9.

Ge. 1. Ac Summena in aqua caſus, diſcrimina rerum Ac. 1.

Ac.12. Altè ſublata. & taurino cornua vultu Ge. 4.

Et Ferrariã Padi aquarũ cauſa proficiſcitur.

Ge. 2. Miſſa Pado, quo non alius per pinguia culta Ge. 4.

Ge. 4. In mare purpureum violentior effluit amnis. Ac. 8.

Ge. 3. Quin & conſilijs habitus non futilis autor, Ac.11.

Eandem Pontificiæ ditio-

ni restitutam publicis tabulis consignat.

Ae. 2. Pastori magno, regum Regique Latino Ae.12.
Ae. 9. Ipse comes graditur, tardis vbi flexibus errat Ge. 3.
Ge. 1. Fluuiorum rex Eridanus per Ferrea rura. Ge. 2.
Ae. 4. Vrbem præclaram manifesto nomine Ferri, Ae.11.
Ae. 3. Haud minus ac iussus, Regi parêre Latino Ae. 8.
Ae. 5. Declarat, folijsque notas, & nomina mandat: Ae. 3.

Nuptias Austriacorũ Prĩcipum publicis & monumentis Maphæus Prothonot. Apost tradit.

Ae.12. Significatque manu iam concessos hymenæos. Ae. 1.
Ge. 2. Austrinos: memor & præmissi muneris Heros. Ae. 8.
Ae. 6. Alma virûm folijs mandat nomenque, genusque. Ae.10.
Ae. 4. ID. Num hic labor extremus? longarũ hæc meta viarũ? Ae. 3.
Ae. 5. CL. Ipse gubernacli Rector, populique Latini Ae. 7.

Ab eodẽ Clemente VIII. ad Henricum IV. Galliarũ Regem Nuncius mittitur Maphæus.

Ae. 8. Stans celsa in puppi, gemina terraque, poloque Ae. 2.
Ae.12. Virtute exuperans, opera ad maiora remittit. Ae.12.
Ae. 7. Rex genus egregium, genus insuperabile bello, Ae. 4.

Cognomen Hẽrici IV. Gallorum Regis.

Ae. 9. (Cui cognomen erat Grandi) tum Lilia quassans. Ec.10.
Ae. 1. Iura dabat, legesque viris ad flumina Gallûm. Ec. 6.
Ae. 1. Huic coniux forma insignis, viridique iuuenta, Ae. 5.

Maria Medicea Gallorum Regina, grauida.

Ge. 1. Semine de Medico Tyrrhena ab sede profecta, Ae. 7.
Ae.10. Qualis gemma micans terris, Maria alta tumescens, Ge. 2.
Ae. 3. Delphinum, sobolem magnum Iouis incrementum, Ec. 4.
Ae. 9. Ediderat: quem quisque virûm, geminosq. parentes Ae. 3.
Ge. 4. Inuisunt; genitum ob præclara stirpe deorum. Ge. 4.
Ae. 5. Gratantur læti. Magno Rege ipse Latino. Ae. 7.

Maphæus.

Ae. 4. Protinus ad Regem cursu fortissimus Heros. Ae. 6.
Ae. 8. Mittitur, & magno Regi mandata referre Ae. 7.

Accelerat,

Ae. 9.	Accelerat, pariter & tanto lætus honore	Ae. 8.	
Ae. 5.	Delphino amplexus dat, & oscula dulcia figit:	Ae. 1.	*Ludouicū (quē Delphinū vocant) Henrici Regis filio.*
Ae. 8.	ID. Accepi, amplexu in felici plura locutum	Ae. 7.	
Ae. 7.	Ipsum Oratorem, iactantem pectore curas	Ae. 1.	
Ae. 7.	Multa super Nato, venturaque desuper orbi.	Ae. 2.	
Ae. 5.	ER. Amplexus placidè tum Natum ad flumina primùm	Ae. 9.	
Ge. 2.	Sacra Dei, sanctis sic fatis ora resoluit:	Ge. 4.	
Ae. 4.	Tandem, vera Iouis proles, decus addite diuis,	Ae. 8.	*Maphæi vaticiniū de Ludouico Henrici filio.*
Ec. 5.	Fortunate Puer, cæli de parte serena	Ae. 9.	
Ae. 6.	Venisti tandem, tuque expectate parente.	Ge. 3.	
Ec. 9.	Fundit humus flores, & amantes littora myrtos,	Ge. 4.	
Ec. 8.	Inter victrices lauros nunc aurea cæli	Ae. 7.	
Ec. 2.	Ecce ferunt Nymphæ calathis tibi Lilia plenis,	Ec. 2.	
Ae. 6.	Purpureos spargunt flores, & carmina dicunt.	Ge. 1.	
Ec. 4.	At simul heroum laudes, & facta parentum	Ge. 3.	
Ae. 6.	Perlegere, & quæ sit poteris cognoscere virtus.	Ec. 4.	
Ec. 4.	Occidet & serpens, ac herba infecta venenis;	Ae. 7.	
Ec. 8.	Mala ferent quercus, feret & rubus asper amomum;	Ec. 3.	
Ge. 2.	Sponte sua molli flauescet campus arista:	Ec. 4.	
Ec. 7.	Fraxinus in syluis, abies in montibus altis,	Ec. 7.	
Ge. 4.	Ac duræ quercus sudabunt roscida mella.	Ec. 4.	
Ec. 4.	Te duce, si qua manent sceleris vestigia regno,	Ae. 1.	
Ec. 8.	Perdita perpetua soluent formidine terras.	Ec. 4.	
Ge. 2.	Inde vbi iam matura virum te fecerit ætas,	Ec. 4.	
Ae. 1.	Matre Dei monstrante viam, Iustissimus vnus	Ae. 7.	*Iustus, Ludouici cognomē.*

Ae. 8. Diceris nobis, & erit memorabile nomen. Ae. 12.
Ae. 6. Gorgones, harpyiæ, variarum monstra ferarum; Ae. 6.

Hæretici Rupellæ, & Mõtis Albani.

Ge. 3. Gens effrena virûm Stygijs emissa tenebris, Ge. 3.
Ae. 8. (Vana superstitio, veterumque ignara parentum) Ae. 3.
Ae. 6. Infernique lacus stridens Aquilone pRocella, Ae. 1.
Ae. 9. Diffugient, penitusque datis referentur habenis. Ae. 11.
Ae. 12. Iam iam indignantes magno cum murmure Montis Ae. 1.
Ae. 9. Albani, tu Rex, gentes, populosque feroces, Ae. 1.
Ae. 12. Turbatosque Duces, sternes, Gallumque rebellem. Ae. 6.
Ec. 5. Tu coniuratos cælum rescindere fratres Ge. 1.
Ge. 4. Rupe sub Ætnæos efflantes faucibus ignes, Ae. 7.
Ae. 1. Contundes, ponentque viri ferrum, aspera Martis Ae. 11.
Ae. 1. Consilia in melius referent, moresque sinistros, Ae. 11.

Turcarũ Tyrannum.

Ae. 2. Regnatorem Asiæ spolijs Orientis onustum, Ae. 1.
Ae. 1. Eoas acies, Lunatis agmina peltis, Ae. 11.
Ae. 6. Vltus auũmque domos, & relligiosa deorum Ae. 2.
Ae. 2. Limina, tu, multa vastabis cæde cruentus. Ae. 1.
Ec. 4. Tu modò nascenti Puero, Rex optime regum, Ae. 11.
Ae. 11. Armipotens belli præses, ne defice, rebus Ae. 6.
Ae. 3. Fata viam inuenient, aderit Regnator Olympi. Ae. 2.
Ae. 5. Tum genus omne tuum super & Garamantas, & Indos Ae. 6.
Ae. 6. Proferet imperium, & cunctis dominabitur oris. Ae. 3.
Ae. 5. ID. Hac celebrata tenus, patuere ingentia centum Ae. 6.
Ae. 10. Facta Viri in duri certamina Martis euntis Ae. 12.
Ge. 2. Et pro felicis patriæ, veterumque deorum Ae. 9.

Pro

Ae.12. Pro maiestate, & pro relligione parentum: Ae. 7.
Ae. 1. Atque illum meritis sustentat fama trophæis. Ae.11.
Ae. 6. ER. His actis sequitur Regis præcepta Latini Ae. 7.
Ae. 7. Nuncius ingentis; properans aduentat ad Vrbem: Ae.11.
Ae. 2. Præsidet & Viridis gaudens in vertice Montis Ae.11.
Ae. 2. Accipiens populi sceptrumq. sacerque Tiaram. Ae. 7.
Ge. 3. Nec mora, nec requies virtutem extendere factis Ae. 6.
Ae. 9. Prosequitur magnis; molitus laude laborem Ae. 4.
Ae.12. Conspectu in medio procerum regno ipse Latini Ae.12.

Maphæus Romã regressus assumitur ad Archiepiscopatum Nazarenum, qui olim Episcopatus Mõtis Viridis vocabatur.

Ae.11. Consulit, in medium memorat quæ deinde gerenda. Ae. 6.
Ae. 7. In dubijs responsa petunt, spectantque Latini Ae.12.
Ae. 9. Verborumque fidem, atque animos, viresque secundas: Ae. 2.
Ae. 7. Nec (responsa potest consultus reddere) rebus Ae.10.
Ae. 3. Inconsulti abeunt, cælo quem educere certant: Ae. 6.
Ae. 4. Excipit & regni Clemens in parte sacrati. Ae.12.
Ae. 4. Ecce iterum Orator augusta ad mœnia Regis Ae. 7.
Ae. 8. Galli: ille ante alios fortunatusque laborum Ae.11.
Ae.11. Egregiusque animi interpres Ioue missus ab ipso. Ae. 4.
Ae.12. ID. Qualis apud Regem, populum belloque superbum? Ae. 1.

A Clemente VIII. ad Regẽ Galliarũ iterum Nuncius mittitur Maphæus.

Ae. 2. CL. Primus ibi ante omnes longæui Regis ad aures Ae. 7.
Ae.10. Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amicis; Ae. 8.
Ae. 1. Romanos rerum mores, ritusque sacrorum Ae.12.
Ae.11. Sollicitat, suadet: manet alta mente reposta Ae. 1.
Ae. 6. Egregia in terra, & Romana potentia cælo, Ae. 8.
Ae. 7. Relligione sacra nunquam concessa moueri. Ae. 3.

Hortatur

Ae.11. Hortatur sociosque Duces, Regemque requirit, Ae. 9.
Ec. 8. Vt populum antiqua sub relligione tueri Ae. 2.
Ae. 6. Ipse velit, faciatque omnes vno ore Latinos. Ae.12.
Ge. 2. Illum non populi fasces, non purpura flexit, Ae. 4.
Ge. 2. Non res Romanæ, perituraque regna: supremis Ae.11.
Ge. 4. Regum æquabat opes animis: non cæcus amore Ae. 3.
Ae. 6. Auri condit opes, defossoue incubat auro. Ge. 2.
Ae.11. Hos inter motus, & magna exordia rebus, Cir.

A Paulo V. S.R.E. Cardinalis renunciatur Maphæus.

Ae. 6. Ecce Gubernator, clypeo cui Insigne decorum Ae. 2.
Ge. 4. Squammosusq. Draco,& pedibus Iouis Armiger vncis, Ae. 9.
Ae. 2. Ipse Viro primùm dat vertice figere Cristas Ae.10.
Ae. 6. Purpureas, textum & croceo velamen acantho Ae. 1.
Ae.10. Donat habere humeris vestes ostroque rigentes. Ae.11.
Ec. 8. ID. O digno coniuncta Viro super omnia dona Ae. 9.
Ae. 5. Purpura Mæandro duplici circundata limbo! Ae. 4.

Tibridis vaticinium de Maphæo.

Ae. 3. CL. Protinus Hesperidum fluuius regnator aquarum Ae. 8.
Ge. 2. Tyrrhenus Tibris, cælo gratissimus amnis, Ae. 8.
Ae. 3. Exultans summa flauum caput extulit vnda Ge. 4.
Ae. 8. Effultum folijs, atque hominis tandem ore locutus: Ge. 4.
Ae. 6. Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ, Ge. 4.
Ae. 1. Ingeminent plausum, voces ad sidera iactent, Ec. 5.
Ae. 9. Lætitiaque fremant animi, Iouis omnia plena. Ec. 3.

Dies Lunæ, 11. Sept. qua Maphæus Cardinalis efficitur.

Ge. 1. Ipsa dies Lunæ primis à mensibus anni Ge. 1.
Ae. 8. Expectata solo, atque animo gratissima nostro, Ae.12.
Ae. 8. Quam memori ducebam animo, rebarque futuram, Ae. 6.

Iam

Ae. 6. Iam tandem Italiæ longo post tempore venit. Ec. 1.
Ec. 4. Cara deûm soboles, MAPHEVS, iustissimus vnus Ae. 2.
Ae. 1. Omnibus in terris, & seruantissimus æqui, Ae. 2.
Ae. 5. Incedit pariter Tyrio conspectus in ostro. Ge. 3.
Ec. 1. Hic ille est, tibi quem promitti sæpius audis, Ae. 6.
Ae.11. Cara mihi ante alias vastis Mauortia campis, Ae. 3.
Ae. 1. Terra, antiqua, potens armis, circundata murûm Ae. 6.
Ae. 9. Aggeribus septem: hunc olim voluentibus annis Ae. 1.
Ae. 1. Certe hunc Romanum Regem, regumque Parentem, Ae. 6.
Ae. 8. Sacratumque, piumque hic dantem iura videbis. Ge. 1.
Ae. 1. Vnà Eurusque, Notusque ruunt, ceu agmine facto, Ge. 4.
Ae. 1. Africus, & Boreas nunc hinc, nunc flatibus illinc Ae. 4.
Ae. 6. Contendant fluctu, vastoque immergere ponto Ae. 3.
Ae. 8. Romuleam auulsam reuoluta per æquora Nauem, Ae.10.
Ae.10. Ipse sedens clauumque reget, puppimque Magister. Ae. 5.
Ae.11. Seruabit multis circumlatrantibus vndis. Ae. 7.
Ae. 1. Ductor ab Auroræ populis, & littore rubro Ae. 8.
Ae. 8. Ægyptum, viresque Orientis, & vltima tandem Ae. 7.
Ae. 8. Bactra vehat secum, & pelago decurrat aperto. Ae. 5.
Ae. 1. Nauibus (infandum) atque armis, summasq. minetur Ae.12.
Ae.12. Deiecturum arces Italûm terræque, marisque; Ae. 1.
Ae. 8. Ne belli terrére minis, timor omnis abesto, Ae.12.
Ae.11. Vulneribus pulsum aspicies è finibus hostem. Ae. 7.
Ae. 6. Hic Vir, hic est, sortem qui animo miseratus iniquam Ae. 6.
Ae. 7. Ausoniæ; ille etiam cæcos instare tumultus Ge. 1.

Prospiciens,

Ge. 4. Prospiciens, fraudemque, & operta tumescere bella; Ge. 1.
Ec. 3. Efficiet diræ vt ferro compagibus arctis Ae. 1.
Ae. 1. Claudantur belli portæ, pacemque per oras Ae. 4.
Ae. 12. Componet, positis mitescent sæcula bellis. Ae. 1.
Ae. 9. Tu tamen interea Thusco de sanguine, vires Ae. 10.
Ae. 8. Surge age Nate, Dei; pulcrum regnumq. relinquens, Ae. 4.
Ec. 10. Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni,
Ae. 2. Ipse Vrbem repete, & fines inuise Latinos, Ae. 11.
Ae. 1. Hæc vbi dicta, lacu Fluuius se condidit alto, Ae. 8.
Ae. 9. Intonuit læuum cæli è regione serena Ae. 8.
Ae. 10. Omnipotens, totum & nutu tremefecit Olympum; Ae. 10.
Ge. 1. ID. Dijque, deæq. omnes studium, euentusq. secundent, Ge. 4.
Ae. 4. Quos pater in ripa, gelidique sub ætheris axe Ae. 8.
Ae. 3. Prædixit nobis fluuio Tyberinus amœno. Ae. 7.
Ae. 11. CL. Etiam fama volans tanti prænuncia facti Ae. 1.
Ge. 4. Cum clamore ruit; magni penetrault ad vrbes Ae. 7.
Henricus IV. Ec. 10. Galli. porticibus Rex accipiebat in amplis Ae. 3.
Maphæi. Biretum Cardinalitium. Ae. 8. Ipse Oratorem, cum Rubræ Cornua Cristæ Ae. 12.
Ae. 7. Præcipiti delata Noto sunt vrbe Latina. Ae. 11.
Ae. 1. Omnes conuenere, fluuntque ad regia plenis Ae. 11.
Ae. 11. Tecta vijs: sedet in medijs Rex; regius ostro Ae. 7.
Ae. 11. Atque hic Legatus; missas Cristasque Rubentes Ae. 9.
Ae. 2. Induitur, croceam chlamydemq. sinusq. crepantes. Ae. 11.
Ge. 1. Tum cælo clamorque virûm, clangorque tubarum Ae. 11.
Ae. 9. Sublatus, mistoque ingens exorta tumultu Ae. 3.

Lætitia

Ae. 3.	Lætitia, cunctique manu contingere gaudent	Ae. 2.	
Ae. 4.	Sidonio pictas vestes ostroque superbo.	Ae. 1.	
Ae. 3.	Sol ruit interea, cælumque obtexitur vmbra.	Ae. 11.	
Ge. 2.	Principiò exoritur vario certamine clamor;	Ae. 3.	Gallorũ plausus pro Cardi
Ae. 7.	Per medias vrbes itur; micat ignibus æther	Ae. 1.	nalitia digni tate in Ma-
Ae. 11.	Certatim crebris; collucent luce fenestræ	Ge. 4.	pheũ collata.
Ae. 2.	Incensæ, & noctem flammis funalia vincunt.	Ae. 1.	
Ae. 8.	Ore vomens ignes fatalis machina muris	Ae. 2.	
Ec. 6.	Et flammas Iouis, & sonitus imitatur Olympi;	Ae. 6.	
Ae. 9.	Tympanaque, & buxi, crepitantiaque æra secuta.	Ge. 4.	
Ae. 5.	Gaudia pertentant mentes, ostroque decoro	Ae. 12.	
Ae. 3.	Delecto populi Proceri, rebusque salutem	Ae. 12.	Maphæo Card.
Ae. 2.	Implentes clamore vias, lætique precantur.	Ae. 8.	
Ae. 6.	ID. Vnum oro, quando hic inuectus Tibridis vndam?	Ae. 7.	
Ec. 10.	ER. Interea magnum Sol circumuoluitur annum,	Ae. 3.	
Ae. 3.	Et glacialis hyems; frondi & Ver vtile syluis,	Ge. 2.	
Ae. 11.	Transit, & incumbens scopulis arentibus æstas.	Ge. 2.	
Ge. 4.	Tempus adest, ponit fetus quo Autumnus, & altè	Ge. 2.	
Ge. 2.	Mitis in apricis coquitur vindemia campis.	Ge. 1.	
Ge. 3.	Purpureus nouus exuuijs, nitidusque iuuenta,	Ae. 2.	Maphæus.
Ae. 3.	Italiam petere, & terras, populosque Latinos	Ae. 10.	
Ae. 4.	Decreuit. secum ipse modum, atq. iter omne reuoluens	Ae. 9.	
Ae. 4.	Optat & armari classem, cursumque parari,	Ae. 4.	
Ae. 3.	Vnde iter Italiam, cursusque breuissimus vndæ.	Ae. 6.	
Ae. 6.	ID. An monitu diuûm, an quia fert ita corde voluntas?	Ae. 6.	

Ae. 2. ER. Paſtoris magni monitu, imperioque deorum. Ae. 4.

Henricus. Ge. 1. Interea Rex ipſe Iouis de gente ſuprema Ae. 7.

Ae. 3. Remigium ſupplet, ſocios; aſpirat eunti. Ae. 5.

Maphaeus. Ae. 3. Iamque dies, alterque dies proceſſit, & Heros Ae. 5.

Ae. 9. Purpureus celſa puppi iam certus eundi, Ae. 4.

Henricum. Ae. 9. Regem adit, & Regi digreſſu dicta ſupremo Ae. 8.

Ec. 4. Pauca refert: ô fama ingens, ingentior armis, Ae. 11.

Paulus V. Ae. 5. Princeps ante omnes tua nos ad limina miſit, Ae. 7.

Ae. 7. Nunc repetit, iuſſiſque ingentibus vrget adire Ae. 11.

Ae. 1. Italiam. liceat Laurentem attingere Tibrim: Ae. 5.

Ae. 2. Cum ſocijs. ardent animi, fortiſſime, fruſtra Ae. 5.

Ge. 2. Muneribus tibi, Rex (fuerint quæcunque fatebor), Ae. 2.

Ge. 1. Et pro purpureo, grates perſoluere dignas: Ae. 1.

Ae. 2. At tibi pro me, oro, diuûm Pater, atque hominum Rex. Ae. 2.

Ae. 1. Præmia digna ferat. fluuios dum piſcis amabit, Ec. 5.

Ge. 4. Atque thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ: Ec. 5.

Ae. 8. Semper honore meo, ſemper celebrabere dictis. Ae. 11.

Henricus. Ae. 7. At Rex ſollicito dextram complexus eunti, Ae. 8.

Ae. 3. Nate Deo (nam te maioribus ire per orbem. Ge. 2.

Ae. 8. Auxilijs manifeſta fides: ſic fata deûm Rex. Ae. 3.

Ae. 10. Ipſe regit, variatque vices: is vertitur ordo) Ae. 3.

Hērici Regis Ge. 4. Victor abi; voluens fatorum arcana mouebo: Ae. 1.

uaticiniū de Maphaeo. Ae. 3. Vade, ait, ô felix, nam te pietate merentem. Ae. 2.

Hoc eſt, anno Ae. 9. (Nec longum in medio tempus; poſt quattuor annos, Ge. 3.

1623. Ge. 1. At quater ingeminans) ſacrum te maxima rerum. Ae. 7.

Roma

Ae. 7. Roma colet, primumq. Patrem, dominumq. potentem; Ae. 6.

Ae.11. Alma fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus; Ae. 1.

Ae. 6. VNVS qui noBis adeRitque VOCATVS Apollo, Ae. 3. *VRBANVS OCTAVVS.*

Ae. 8. AlcidesqVe aderIt VICtoR, latrator ANVBIS, Ae. 8. *VRBANVS VIII.*

Ae.10. Effera vis animi contra stabula alta ferarum: Ae. 6.

Ae. 6. Aureus ætherio & veniet Saturnus Olympo. Ae. 8.

62 85 17 41 67 37 40 106

Ec. 1. Post aliquot mea regna vident mira arte tuumque Ae. 4.

13 37 30 47 46 115 78

Ec. 4. (O mihi tam longè liceat superesse) Nepotem Ae.10.

72 3 52 96 129 28

Ge. 3. Tollere ab Italię populis venturaque bella, Ae. 3.

Eiusdē Henrici Oraculū numericū de itinere Francisci Cardinalis Barbarini in Gallias .f. anno 1625.

101 63 4 72 92 92

Ge. 4. Exitium miserę, ac motos componere fluctus. Ae. 1.

Ae.11. Ergo cum Tibrim, vicinaque Tibridis arua, Ae. 3.

Ae. 6. Egregius sacram & regnandam acceperis Vrbem, Ae. 8.

Ge. 3. Sit tibi tum curæ regnumque, & regia coniux; Ae. 2.

Ae. 3. Delphini, mox cum matura adoleuerit ætas, Ae.12.

Ae.12. Sis memor, & tu animo custodi, & consule longè. Ae. 9.

Ae. 3. Vade, age, & ingentem factis, cum accesseris Vrbem, Ae. 3.

Ae.12. Pastorem primum, stellis ardentibus aptum, Ae. 6.

Ae.12. Suppliciter venerare, precor, tu hunc, optime, pro me; Ae.12.

Ec. 1. Nanque erit ille mihi semper Deus, illius atque, Ae.12.

Ae. 1. Quæ me cunque vocant terræ, præcepta facessam. Ae. 9.

Ae. 1. Rex ea Legato; variusque per ora cucurrit Ae.12.

F 2 Tum

Ae. 5. Tum fremitus, nanque omnis eum stipata tegebat Ae.11.
Ae.11. Turba Ducum. responsum huic atq. ita reddidit Heros Ae. 6.
Ae.10. Purpureus: tali haud equidem me dignor honore: Ae. 1.
Ae. 4. Nunc etiam de me diuûm Pater, atque hominum Rex Ae.10.
Ae.11. Imperet, & diuûm ducunt quà iussa sequamur. Ae. 3.
Ge. 4. Si quando Sedem augustam Rex ipse Latinus Ae. 7.
Ge. 2. Ingrediar, sanctos portusque intrare licebit, Ae. 3.
Ae. 8. Quicquid in arte mea possum promittere regno Ae. 1.
Ae. 9. Spondeo, digna tuis ingentibus omnia factis. Ae. 7.
Ae. 4. Omnibus vmbra locis adero, nec vestra feretur Ae. 7.
Ae. 7. Fama leuis, tantique abolescet gratia Regis. Ae. 6.
Ae.12. Hæc vbi dicta dedit, portis sese extulit Heros, Ae. 8.
Ae. 6. Massiliam tum se ad recto fert littore portum. Ae. 6.
Ae. 7. ID. Egregium genus is Rex sancta oracula diuûm. Ae. 8.
Ae. 6. Obscuris vera inuoluitque, aperitque futura. Ae. 6.
Ae. 1. ER. Ast vbi prima fides pelago, placataque venti Ae. 3.
Ae. 3. Dant maria, & lenis spirans vocat Auster in altum, Ae. 5.
Ae. 3. Portum deseruere, latet sub classibus æquor, Ae. 4.
Ae. 8. Subsequitur surgens à puppi ventus euntes: Ae. 5.
Ae. 5. Consurgunt nautæ feriunt mare, & æquora verrunt, Ae. 3.
Ae. 3. Tendunt vela Noti, terræque, vrbesque recedunt. Ae. 3.
Ae. 8. Labitur vncta vadis abies rumore secundo, Ae. 8.
Ae. 7. Aspirant optatæ auræ, portusque patescit, Ae. 3.
Ae. 7. Circumque iugum: raduntur littora terræ. Ae. 7.
Ae. 3. Et tandem lætus sociorumque agmine magno Ae. 6.

Purpureus.

Ae. 9. Purpureus Pater Antiquam defertur ad Vrbem. Ae.16. *Vrbem Veterem appellit*
Ae. 7. Delati in portum magno telluris amore Ae. 1. *Maphaeus.*
Ge. 1. Continuò egressi optata potiuntur arena. Ae. 1.
Ae. 1. Tum victu reuocant vires, & corpora curant. Ae. 8.
Ge. 3. Martis at hinc totam vulgatur fama per vrbem Ae.12.
Ae.11. Tyrrhenum longè effulgentem, ostroque decorum Ae. 5. *Maphaeum*
Ae. 7. Aduentare Virum Circææ à littore terræ: Ae. 7. *Card.*
Ge. 4. Ingressus qui adijt Regem, primumque Parentem Ae. 3.
Ae. 8. Secretò, & licito tandem sermone fruuntur. Ae. 8.
Ge. 3. ID. Quo surgente die solemni ducere pompa Ge. 3.
Ge. 4. Magnanimum Heroem Regis in tecta Latini, Ae. 7. *Maphaeum.*
Ae. 1. Instant ardentes, Tyrius quos velat amictus? Ae. 8.
Ae. 9. ER. Ergo dies aderat, qua forti pectore, & armis Ae. 4. *Dies 30 Oct.*
Ge. 3. Centurio insignis spolijs Marcellus opimis, Ae. 6. *S. Marcello Cēturioni martyri dicata.*
Ec. 2. Perdidit ense caput, truncumque reliquit arena, Ae.12.
Ae. 7. Innocuoque animam diffudit in arma cruore, Ae.10.
Ae.10. Sideream in sedem terra, cælumque volauit. Ae. 4.
Ae.12. Procursu rapido incedunt longo ordine gentes Ae. 8.
Ae.11. Ad Flumentalem Romano nomine portam. Ae. 8. *Porta populi, antiquis Flumentana.*
Ae. 5. Frenatis lucent in equis Iuuenesque, Senesque Ae. 9.
Ge. 2. Purpurei, præter solitum dulcedine læti. Ge. 4.
Ae. 6. Inde vbi venēre ad solido de marmore templum, Ae. 6.
Ae.11. Quod Populi magnum Reginæ nomen obumbrat, Ae.11.
Ae.10. Nunc hi, nunc illi dextra, læuaque frequentes Ae. 6.
Ae. 9. Accipiunt venientem, auidi coniungere dextras, Ae. 1. *Maphaeum.*

Gratantur

Ae. 5. Gratantur reducem (maculis quem Thracius albis Ae. 9.
Ae. 5. Portat equus bicolor) longo & sermone requirunt. Ae. 1.
Ge. 4. Et tandem magna medius comitante caterua Ae. 5.
Pauli V. Ae. 6. Vt primùm ante oculos euasit, & ora Parentis Ae. 2.
Ae. 3. Sacrati, Atlantis, cælum qui vertice fulcit, Ae. 4.
Ae.12. Nudato capite, pedibusque ad limina pendens Ge. 4.
Ge. 4. MAPHÆVS, tales effudit pectore voces: Ae. 5.
Ae. 5. Salue sancte Parens, iterum salue, optime Regum, Ae.11.
Ae.11. Quem primi colimus, meritoque nouamus honore. Ae. 8.
Ae.10. Per te, per qui te talem per singula duxit, Ae. 6.
Ae. 1. Arte laboratæ vestes, ostrumque coruscum Ae. 2.
Ec. 2. Est mihi disparibus meritis. pro talibus annos Ae. 8.
Ge. 1. Tercentum, cælum, & terras qui numine torquet, Ae. 4.
Ge. 1. Felicesque tibi diuûm Pater, atque hominum Rex Ae.10.
Ae.10. Concedat, solidæque suo stent robore vires: Ae. 2.
Ec. 4. Magnus honos, nomenque tuum, laudesque manebunt Ec. 5.
Ge. 3. Semper, dum fluuij current, dum montibus vmbræ Ae. 1.
Ae. 1. Lustrabunt conuexa, polus dum sidera habebit. Ge. 4.
Ae. 4. Talia perstabat. risit Pater optimus olli, Ae. 5.
Ae. 8. Tunc sic pauca refert: vt te, clarissime Frater, Ae. 5.
Ae. 8. Accipio, agnoscoque libens! vt præ omnibus vnum Ae. 3.
Ae.12. In te oculos refero! tua terris didita fama, Ae. 8.
Ae. 4. Gentis honos, pectus, vultusque, operumq. labores, Ae. 1.
Ae. 7. Et Cristas capiti ingenti iam suaue rubentes, Ec. 4.
Ae. 6. Purpureasque super vestes sub fasce dedere. Ge. 4.

In medio

Ae.10. In medio Frater Fratrum pro laudibus iſtis Ae.10.

Ae. 2. Noſter eris, comitem & caſus complector in omnes. Ae. 9.

Ae. 6. Talibus effatus, fuluos de pelle Galeros Ae. 7.

Ae. 7. Indutum capiti de terra ſubleuat ipſum. Ae.10.

Ge. 3. ID. Quid labor, & benefacta iuuant! quid gloria rerum! Ae. 4.

Ae. 5. Muneribus cumulat magnis, ad ſidera cœli Ge. 4.

Ae. 8. Virtus fert, gradienſque deas ſupereminet omnes. Ae. 1.

Ae. 4. CL. Conſpexit Paulus ingentibus omnia cœptis Ae. 9.

Ae. 6. Ipſa ſub ora Viri, dans ipſum in mœnia regem Ae.12.

Ae. 2. Vrbis (vbi caſu magna iam vrgente caterua Ae.11.

Ae. 1. Regius accitus pugnam congreſſus iniquam, Ae.10.

Ae.11. Et captum letho poſuit caput ENTIVS hoſtis) Ae.10.

Ae. 6. Huius in aduentu, quo non felicior alter, Ae. 9.

Ae.10. Aduenit paribus nitens Cyllenius alis; Ae. 4.

Ae. 1. Aurea Saturni, Ianique bifrontis imago: Ae. 7.

Ec. 5. Formoſus ſancti cuſtos Soractis Apollo; Ae.11.

Ge. 1. Liber, & alma Ceres; nemorum Latonia cuſtos; Ae. 9.

Ae. 6. Dij, quibus imperium eſt animas defendere telis; Ae. 2.

Ae.12. Iuppiter ac læto deſcendit plurimus imbri. Ec. 9.

Ae. 9. Tum primum belli, & ceciderunt murmuris auræ, Ec. 9.

Ge. 3. Defecit trepidos inter diſcordia ciues, Ae.12.

Ge. 1. Sic quoque mutatis requieſcunt fetibus omnes. Ae.12.

Ge. 3. Tollitur & vitium, atque exudat inutilis humor; Ge. 1.

Ae. 4. Deficit & duris vrgens in rebus egeſtas. Ge. 1.

Ec. 1. Non vnquam magnos metuunt armenta leones, Ec. 4.

À Paulo V. Maphæus deſignatur Legatus Bononiæ, qua in vrbe Entius Sardiniæ rex captiuus mortuus eſt.

Nec.

	Ec. 5.	Nec lupus insidijs pecori, nihil improbus anser,	Ge. 1.
	Ge. 1.	Strymoniæque grues, & amaris herba venenis	Ec. 4.
Mathæus.	Ge. 2.	Officiunt, aut vmbra nocet. Pater ipse colendus,	Ge. 1.
	Ec. 4.	Ipse malum virus serpentibus abdidit atris.	Ge. 1.
	Ae.12.	Si quando lolium, & steriles dominantur auenæ,	Ec. 5.
	Ge. 3.	Lappæque, tribulique adsunt vbi pinguia culta,	Ae.10.
	Ae.11.	Finitimis tolluntur agris: incendere vepres	Ge. 1.
	Ge. 1.	Scit, medicas adhibere manus ad vulnera Pastor,	Ge. 3.
	Ec. 7.	Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuset.	Ge. 1.
	Ge. 1.	Quæ vigilanda viris, quæ sit fiducia cœptis	Ae. 2.
	Ae.10.	Educet humanis, acuens mortalia corda.	Ge. 1.
	Ge. 2.	Iustitiam terris, tristes denunciat iras,	Ae. 3.
	Ae.11.	Supplicia, & scelerum pœnas, cæcasque latebras:	Ae. 2.
	Ae. 5.	Inuitat pretijs animos ad sidera cæli,	Ae. 1.
	Ae.10.	Præcipitans omnis fugit asper, & improbus ira:	Ae. 9.
	Ae. 2.	Raptores atra in nebula, fœdissima ventris	Ae. 3.
	Ae. 3.	Proluuies, vncæque manus, dant terga per agros.	Ae.12.
	Ge. 1.	Binæ aures vrbi aptantur, populoque supersunt	Ae.11.
	Ec. 1.	Pauperis & tuguri, paruis, & paupere tecto.	Ae. 6.
	Ec. 4.	At quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?	Ae. 2.
	Ae.11.	Ante oculos, interque manus sunt omnia, Reno	Ge. 1.
	Ae.10.	Facta Viri, elucent, alto & fulgore coruscant.	Ge. 4.
	Ae.11.	ID. O fortunatæ gentes! Saturnia vita!	Ae. 6.
Die 12. Sept. S. Sacerdoti	Ge. 3.	CL. At tribus exactis Autumnis, cum rapidus Sol	Ge. 2.
dicata, Kormamrenerti.	Ge. 2.	Nondum hyemem contingit equis is (luce sub ipsa	Ge. 4.

Qua

Ae. 8. Qua luctantem animam, nexosque resoluerat artus Ae. 4.
Ae. 2. Ad cælum tendens ardenti mente SACERDOS Ae. 7.
Ae.12. Hostibus insultans victor) discedit ad Vrbem. Ae.12.
Ae. 6. Post SPO ipsum stupuere domus, atque intima LETI Ge. 4.

tur Matthæus, & Spoleti, iã pricè assignatus Episcopus, gubernacula præsens suscipit.

Ge. 4. Mulcentem tigres, & agentem ad frena leones, Ae.10.
Ge. 2. Pascentem niueos herboso flumine olores, Ec. 9.
Ae.12. Tollentemque rubos, & amantes ardua dumos, Ge. 3.
Ec. 8. Incumbens generis lapsi sarcire ruinas, Ge. 4.
Ec. 5. Formosi pecoris Custos, omni arte magistra Ae. 8.
Ge. 1. Peruigilat. gregibus fontes, non gramina desunt. Ge. 2.
Ae. 9. Haud lupus insidias explorat ouilia circùm, Ge. 3.
Ec. 3. Aut gregibus nocturnus obambulat, acrior illum Ge. 3.
Ge. 3. Cura domat noctis tenebris, & sole cadente, Ge. 3.
Ae.11. Haud tenues pluuiæ, rapidiue potentia Solis Ge. 1.
Ge. 1. Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurit. Ae.12.
Ec. 5. Quid? genus indocile, ac dispersum montibus altis Ae. 8.
Ec. 2. Instituit, cælique vias, & sidera monstrat Ae. 8.
Ae. 3. Ignaris, rebus veniens non asper egenis; Ae. 8.
Ae. 1. Ætherias referat sedes, & regna recludit. Ae. 8.
Ae.10. ID. Almus ager! nullo tantùm se Mœsia cultu Ge. 1.
Ge. 1. Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara fruges. Ge. 2.
Ge. 2. CL. Quin etiam Regionem, Albæ de nomine dictam Ae. 9.
Ae.12. Antiquis, præclara, ingenti, & protegit vmbra, Ge. 2.
Ae. 7. Illorum & de gente patrum, qui pectore toto Ae. 9.
Ae. 6. Contendunt, totum quò viribus occupet orbem Ae. 7.

Matthæus protector Scotiæ, q̃ olim Albania dicebatur. Idẽ ex Congr. Cardd. de propagãda Fide.

G Interne-

Ae. 2. Intemerata Fides Romana potentia cæli. Ae. 8.

Idem Præfectus signaturæ iustitiæ.

Ae. 7. Imperat, & solio medius consedit eburno. Ae. 6.
Ae. 11. Iustitiæ, miro rex præsidet altus honore. Ae. 12.
Ae. 6. ER. Iussa Viro in templis forsan quæ facta requiras. Ae. 2.
Ec. 9. ID. Certè equidē audieram fundantē, & tecta nou tem Ae. 4.
Ec. 10. Illum etiam atque locos, & dijs communibus aras. Ae. 12.
Ec. 9. ER. Audieras, & fama fuit vulgata per Vrbem. Ae. 8.

Templum S. Andreæ de Valle in Vrbe ab Alexandro Card. de Monte Alto extructum.

Ae. 2. Est Templum hic donis opulentum, & numine Diui. Ae. 1.
Ae. 2. ANDREÆ (insignis clauis, qui affixus, & hærens. Ae. 5.
Ae. 9. Abietibus Patris indigna morte peremptus: Ae. 6.
Ae. 7. Edicto Ægeæ) tuta mihi Valle repertum. Ec. 2.
Ae. 1. Fundamenta locant alij, at formosus Alexis, Ec. 7.
Ae. 11. Lumine Purpureus quondam, de Montibus Altis, Ae. 10.
Ge. 3. Extremamque manum, posuitque immania templa. Ae. 6.

Sacellum B. Virg. in cælū Assumptæ à Maphæo in eodem Tēplo ædificatum.

Ae. 7. Tali intus Templo Diuæ omnipotentis Olympi Ae. 10.
Ae. 4. Reginæ (magnas Domini cum ad diuitis ædes. Ae. 12.
Ae. 7. Funere felici decedens agmine magno, Ge. 1.
Ge. 3. Aera per vacuum cæli aduentantibus Euris, Ge. 4.
Ae. 2. Ascensu superum & pennis aufertur Olympum, Ae. 11.
Ae. 1. Flagrantesque Dei vultus) multo ære Sacellum, Ec. 3.
Ae. 7. Iam patrui, & propriæ fortunæ munere diues: Culic.
Ge. 4. Purpureus nostri princeps, & carminis auctor, Culic.
Ae. 9. Condidit, assurgens multùm, & mirabile visu, Ae. 12.
Ge. 3. In foribus solidis, murorum in parte sinistra. Ae. 9.

Eiusdē Sacelli descriptio.

Ae. 1. Aurata, alta, ingens, æquataque machina cælo. Ae. 4.

Hæc

Ae. 7. Hæc eſt: hîc Parij lapides, ſpirantia ſigna, Ge. 3.
Culic. Picturæque decus; ſtellatus Iaſpide fulua Ae. 4.
Ae. 4. Et paries; viui ducti de marmore vultus, Ae. 6.
Ae. 1. Artificumque manu labor, hîc Ephyreiaque æra. Ge. 2.
Ge. 3. Atque hinc, atque illinc ad tanti hanc numinis Aram Ae. 8. *Quatuor Diuorū lapideæ*
Ae. 5. Quattuor ex omni delectæ claſſe videntur Ae. 1. *Statuæ in eodem Sacello.*
Ae. 3. Effigies ſacræ diuûm. Sanctiſſima VATIS, Ae. 6. *Statua S. Io. Baptiſtæ ī eo-*
Ge. 3. Inualidique ſenis nati, & felicis Eliſæ, Ae. 5. *dem Sacello.*
Ae.10. A puero in ſyluis qui, inter deſerta ferarum Ae. 3.
Ae. 3. Luſtra domoſque trahens, nemorum ſub rupe cauata, Ae. 1.
Ae. 8. Pellibus incinctus, & carice paſtus acuta, Ge. 3.
Ae. 5. Oſtendit dextra inſurgens Hominemque, Deumque, Ae. 1. *Chriſtū Deū, & hominē tri-*
Ae. 4. Ductoremque, Trium è numero, cum corpore noſtro Ae. 3. *geſimū annū*
Ae.12. Promiſſum generi tot iam labentibus annis; Ae. 2. *agentē ad Iordanis aquas*
Ec. 8. Propter aquæ riuum, ſublimi in nube Columba, Ae.11. *baptizatum.*
Ae. 1. Triginta magnis voluentem menſibus annos Ae. 8.
Ae. 1. Suſcepit venientem, ac mollibus extulit vndis. Ae. 9.
Ae. 2. Sic MARTÆ; indomitum quæ virginitatis amorem Ae.11. *Statua S. Marthæ Virg. in*
Ae.11. Intemerata colens, miſeris ſuccurrere diſcens, Ae. 1. *eodē Sacello.*
Ae. 4. Excepit Regem Cæloque, Ereboque potentem, Ae. 6.
Ae. 3. Hoſpitium antiquum & ſocijs, Magnæque Sororis, Ae. 6. *Statua S. Mariæ Magdale-*
Ae. 7. Quæ grauiter gemitus imo de pectore ducens, Ae. 2. *næ ibi.*
Ae. 1. Triſtior, & lacrymis oculos ſuffuſa, Simonis Ae. 2.
Ae. 2. Ædibus in medijs, pedibuſque informe cadauer Ae. 8.
Ae. 1. Æterni Regis gelidis in nubibus hærens, Ae.12.

G 2 Victima

Ge. 2. Victima sæpe suo perfudit flumine Amantem, Ae. 4.

Ge. 4. Cæsarie effusa & nitida per lactea colla Ae. 8.

Ae. 6. Absterfit, subitaque animum dulcedine mota, Ae.11.

Ae. 1. Oscula libauit pedibus dehinc atra profundis, Ge. 11.

Ae. 6. Pingue superque oleum fundens in tecta recessit Ae.12.

Statua S. Io. Euangelistæ ibi. Ec. 7. Candidior cycnis, formosior. Illa Beati, Cir.

Ae. 2. Qui fuit ex socijs vnus, sacræque Catervæ Ae.11.

Ae. 5. Extremus; forma quem ante omnes pulcher IESVS Ae.10.

Ae. 9. Tantùm dilexit iuuenem; felixque Magistri Ge. 3.

Ae. 1. Regales inter mensas sub pectore summo Ae. 5.

Ae. 3. Ceruicem inflexam posuit, somnosque petiuit, Ae. 7.

Ae. 6. Ætherium sensum, atque aurai simplicis ignes, Ec. 5.

Ge. 1. Cæruleas summoque hausit degurgite lymphas. Ae. 9.

Alia egregia in eodem Sacello. Ae.11. Mitto ea, quæ muris altis sublime videntur, Ae. 1.

Ae. 7. Tyrrhenaque manu multùm vigilata labore. Cir.

Ae. 7. Multaque prætereo sacris in postibus, aris Ge. 2.

Ae. 7. Perfusas vestes argento, auroque superbas, Ae.11.

Ae. 9. Poculaque argento perfecta, atque aspera signis. Ae. 5.

Ae. 6. ID. Dicite, felices animæ, qui hæc limina seruent, Ae. 6.

Ae. 1. Qui teneant homines, habitent & Vallibus imis. Ae. 3.

Religio PP. Theatinorum in Templo S. Andreæ, & qualis. Ec. 7. CL. Huc noua Progenies cælo demittitur alto. Ec. 4.

Ec. 7. Hæc in Tartareas sedes, alta ostia Ditis, Ae. 8.

Ae. 1. In pice torrentes, atraque voragine ripas Ae. 9.

Ae. 7. TEla nouant ATINA potens, vigilansq. deûm gens. Ae.10.

Ge. 1. Huic à stirpe pedes latè candore niuali; Ae. 3.

Nigranti,

Ae. 9.	Nigranti, obſcura & tunica hæc inducitur artus,	Ae. 8.	
Ae. 12.	In caput, inque humeros nigreſcunt omnia circùm.	Ae. 11.	
Ae. 3.	Hanc matutinus volucrum ſub culmine cantus	Ae. 8.	
Ge. 3.	Ad delubra humili ex tecto, & lux ſuſcitat alma:	Ae. 8.	
Ge. 4.	Hæcque ſimul diuûm templis indicit honorem,	Ae. 1.	
Ae. 3.	Numina magna vocat meritis, Dominumq. potentem	Ae. 3.	
Ae. 3.	Supplicibus ſuperat donis, horiſque diurnis,	Ge. 3.	
Ae. 1.	Proſpicit errantes animas, toto euocat Orco.	Ae. 4.	
Ae. 7.	Hanc non durus amor crudeli tabe peredit,	Ae. 6.	
Culic.	Non auidas innatus opes amor vrget habendi.	Ge. 4.	
Ec. 1.	Hic ſecura quies, & neſcia fallere vita:	Ge. 2.	
Ec. 9.	Hic patiens operum, paruoque aſſueta iuuentus	Ge. 2.	
Ge. 3.	Sacra deûm, ſanctique patres: mens omnibus vna eſt	Ge. 4.	
Ae. 12.	Sanctam pauperiem, & duros perferre labores,	Ae. 6.	
Ge. 3.	Atque opere in medio euerſo ſuccurrere ſæclo,	Ge. 1.	
Ae. 12.	Supra homines, ſupra ire deos pietate, fideque.	Ae. 4.	
Ge. 2.	ID. O fortunatos nimium CAIETA dediſti!	Ae. 7.	*B. Caietanus Relig. Theatinorum fundator.*
Ge. 2.	Hanc olim veteres vitam coluere parentes.	Ec. 4.	
Ec. 6.	Pergite, Pierides, Phœbum ſuperare canendo,	Ec. 5.	
Ec. 6.	Atque viro PHOEbi paulO MAiora canamus.	Ec. 4.	*Maphæo.*
Ae. 2.	ER. Vi Paulus prudens ardorem corpore paſſus.	Culic.	*Paulus V. antea Camillus.*
Ae. 11.	(Fert Aquilam, voluit ſquammoſi & membra Draconis)	Culic.	
Ge. 3.	Interit. ô fama ô nunquam moritura Camilli!	Culic.	
Culic.	Grecurius claræ ſocius virtutis & ille	Culic.	*Gregorius XV.*
Ae. 11.	Muneribus primuſque Vrbis qui deinde ſecutus,	Ae. 3.	

Paulatim.

	Ae.11.	Paulatim exoluit se corpore . protinus omnes	Ae. 9.
Cardinales.	Ae. 9.	Purpurei Cristis , veterum decora alta parentum ,	Ae. 2.
	Ae. 7.	Vndique collecti coeunt , vbi Lydius arua	Ae. 2.
Tibris, aliàs Albula.	Ae. 2.	Inter opima virûm leni agmine Tibris , & alto	Ge. 4.
	Ge. 3.	Labitur : amisit verum vetus Albula nomen.	Ae. 8.
Dies 19. Iulij, in qua S. Aurea virg. martyrio est coronata.	Ae.10.	Matura iam luce dies mortalibus ægris ,	Ge. 1.
	Ge. 1.	Septima post decimam felix , rebusque secundam	Ae. 9.
	Ae. 8.	(Aurea qua , vt perhibent , sacro tepefacta cruore	Ae. 9.
	Ae. 7.	Æternam moriens meruit pro laude coronam)	Ae. 5.
	Ae. 8.	Consurgit Mensis , cui nunc cognomen Iulo .	Ae. 1.
Conclaue ingrediũtur 55 Cardd. pro designando Pōtifice.	Ae.11.	Ergo Concilium magnum , primumque deorum	Ae. 9.
	Ae. 1.	Purpureûm , tectum centum sublime columnis ,	Ae. 7.
	Ge. 2.	Antiquasque domos primi de gente Latina	Ae.11.
Custoditur Cōclaue à militibus Germanis.	Ae. 4.	Deueniunt : omnemque aditum custode coronant	Ae. 9.
	Ae. 4.	Germani , vitamque volunt pro laude pacisci ,	Ae. 5.
	Ae.10.	Centenasque manus. Quinquaginta ordine longo	Ae. 1.
	Ae. 7.	Quinque adeò magni huc pariles virtutis honore	Culic.
Cardinales.	Culic.	Heroes veniunt , strato discumbitur ostro :	Ae. 1.
Saulius.	Ae. 5.	Prima Parrum magnis SALIVS lux sistit in oris :	Ae. 3.
De Monte.	Ge. 3.	Posthinc aerij cursu petit ardua MONTIS :	Ae. 8.
Sfortia.	Ae.11.	Tertia lux cælo dat nobiS FORTIA bello :	Ae. 8.
Bandinus, & Farnesius.	Culic.	OCTAVI sunt lauri ; & suaue rubens HYACINTHVS:	Ec. 3.
Detus.	Ae. 4.	DETI lucentes Lunæ , Titaniaque astra :	Ae. 6.
Beuilaqua.	Culic.	Grata BONI FACIes cælo delapsa parentis	Ae. 5.
	Ae. 3.	Cernitur attollens , Alarum verbera nosco :	Ae.12.

Virque

Ae.11. Virque ibi decurfu rapido de MONTIBVS ALTIS: Ae.12. *Perettus.*

Ge. 1. Apparet liquidò fublimis FOEDERIS æquus: Ae.11. *Borromaus.*

Ge. 2. Ferrea progenies formofus paftor ALEXIS: Ec. 2. *Eftenfis.*

Ae. 9. CASTRVM vnà pacifque BONO, bellique miNIftEr: Ae.11. *Gymnafius à Caftrobonon.*

Ge. 1. Quique alto naues fcopulo leuat ipfe TRIDENTI: Ae. 1. *Madruti⁹ Epifc. Trid.*

Ae. 6. AVREVS è fimili frondefcens arbore ramus: Ae. 6. *Auria.*

Ae. 1. Præcipuè PIVS, Æneæ dè ftirpe creatus: Ae.10. *Pius.*

Ae. 6. SCIPIADÆ: facra redimitus tempora lauro. Ae. 3. *Burghefi⁹, & Cobellucius.*

Ge. 1. MAPHEVS in fyluis, inter Delphinas Arion: Ec. 8. *Barbarinus.*

Ae. 7. GRATIA amor florum, & generandi gloria MELLIS: Ge. 4. *Gartias Mellinus.*

Ae. 6. Tu MARCELLVS eras, manibus data lilia IANTES: Ge. 1. *Iantes.*

Ae. 5. Omnibus his comitem fefe MAVORTIVS addit, Ae. 6. *Mauritius de Sabaudia.*

Ae. 6. FABRICIVM hic illè admirans VEneRAbiLe donVM: Ae. 6. *Verallus.*

Ge. 2. Hic Ferruginea fubuectans corpora cymba: Ae. 6. *Ienius Epifc. Ferrariæ.*

Ge. 3. IENIVS, ipfe ratem nocturnis rexit in vndis: Ae. 5.

Ae. 4. Dulce CAPVT, vita, & felix dominatoR AVENÆ: Ge. 1. *Capponius Ravenæ Arch.*

Culic. Hic DECII virtus: viridiffima gramine RIPA: Ge. 3. *Caraffa, & Rinarola.*

Ae.11. Hic matris proles tardè CRESCENTIS oliuæ: Ge. 2. *Crefcentius.*

Ae. 9. SERRA ingens tergo Ferratos fuftinet orbes: Ge. 3. *Serra Ferrariæ legatus.*

Ae. 8. Hic AVGVSTVS agens GALLAe adMIfcere faporem: Ge. 4. *Gallaminius*

Ge. 3. Qui pafforque BOVES in flumine lauit Iberas: Ae. 7. *Borgia, ex Bone ftématis.*

Ae. 9. Delecti eft illa hic CENTENI viuida virtus: Ae. 5. *Centinus.*

Ge. 1. Illius immenfi RVPERTI rara poteftas: Ae. 9. *Vb. Idinus.*

Culic. MVTIVS & prudens fluuio TIBERINVS amœno: Ae. 7. *Tiberius Mutus.*

Ae.10. TRES quoque fuprema de gente inSIgnibVS armis: Ae.10. *Treffinus.*

IVLIVS.

Sabellus.	Ae. 1.	IVLIVS à magna demissus matre Sabella :	Ae. 8.
Mediceus.	Ae. 11.	Tyrrhenique Ducis Flores, & flumina libans :	Ge. 4.
Melchior Kle filius.	Ae. 12.	Hîc MELIOR magnus diuûs tot funera passus :	Ae. 1.
Camporeus.	Ae. 5.	CAMPVS & hîc magnis statio gratissima diuis :	Ae. 12.
Priulus.	Ge. 1.	Ac PRIVs in syLViS hinc vsque ad sidera notus :	Ec. 5.
Cenninus de Salamādris.	Ae. 6.	CENINVS victor flammas despectat ouantes :	Ae. 10.
Bentiuolus.	Ae. 5.	Consurgunt VENTI VOLat ille per aera magnVS :	Ae. 1.
Valerius.	Ae. 10.	Ille sedens victor VALERVS virtutis auitæ :	Ae. 10.
Zollerenus, et	Ec. 1.	ITELIVS : nota auspicijs illa inclyta ROMA,	Ae. 6.
Roma Episc. Lauretanus.	Ae. 8.	Nymphæ Laurentis fidusque ad limina custos :	Ae. 9.
Sc'glia.	Ec. 3.	I felix ô semper ouis vicina CREMONÆ,	Ec. 9.
	Ae. 5.	Tutum Parthenios CANIBVS circundare saltus :	Ec. 10.
Pignatellus.	Ge. 2.	Candida cæsaries OLLIS, atque aurea vestis :	Ae. 8.
Ludouisius.	Ae. 9.	Insomnis LVDO VISVS transcurrere nimbos :	Ae. 9.
Caietanus.	Ae. 6.	Tum se ad CAIETÆ recto fert limite campum :	Ge. 1.
Sacratus.	Ae. 8.	Mœnia dijs Italis votum immortale SACRATI :	Ae. 9.
Lucius San-seuerinus.	Ae. 5.	Collucent astrorum ignes, & LVCIdVS æther :	Ae. 3.
Boncōpagnus	Ae. 9.	Hic BONVS, hîc longè properat, SOCIVSque vocari :	Ae. 7.
Aldobrand.	Ae. 7.	Ibat & HIPPOLYTVS, Stellantis regia cæli :	Ae. 7.
Gozad. Episc. Fauentinus.	Ec. 2.	Formosũm Pastorque virûm, studijsque Fauentûm :	Ae. 5.
Rodulphius Ep. Arianēs.	Ec. 4.	Ipse sed in pratis Aries in montibus Agnæ :	Ec. 2.
Torres.	Ae. 7.	Dat sonitum TORREnS, stat ferrea turris ad auras.	Ae. 6.
	Ae. 10.	ID. Concilium diuûm, quo non præstantius vllum.	Ae. 12.
	Ae. 1.	ER. Vt primûm lux alma data est (nam Sole cadente	Ge. 3.
	Ge. 4.	Ingressi) & placida laxarunt membra quiete,	Ae. 5.

Consurgit

Ae. 8. Consurgit senior, tunicaque indutus eburna Ae. 6. *Sacrũ facit Cardinalium senior, aliisque Sacramẽto Eucharistia reficit.*
Ae. 2. Veste super, tacito incessu progressus ad aram, Ae.12.
Ae. 8. Dona laboratæ Cereris, solemnia vota, Ec. 5.
Ae. 3. Cælicolũm Regis Corpus mirabile Nati, Ec. 5.
Ae. 3. Sanguinis & sacri in mensa libauit honorem. Ae. 1.
Ae. 8. Has ex more Dapes, hunc tanti Numinis ORBEM Ge. 2. *Vulgò,* Communichino.
Ae. 7. Fatalis Crusti collectis omnibus vnà Ae. 2.
Ae. 6. Ipse dedit manibusque pijs altaria iuxta. Ae. 4.
Ae.11. Ergo vt Missa manu circũm de more soluta, Ae. 3.
Ae. 9. Talibus accensi firmant & singula Bullis Ae.12. *Iurãt Cardd. in Bullas Põtificum.*
Ge. 3. Contenta, & gentes æterna in fœdera mittunt. Ae.12.
Ae. 6. His actis properè Cristis, auroque corusci Ae. 9. *Cardinalium dissertatio de Summo Pontifice eligendo.*
Ae. 9. Discurrunt, variantque vices, hinc spargere voces Ae. 2.
Ae.11. Dissensu vario; per regia tecta tumultus Ae.11.
Ae.12. Bellantum Iuuenum magnus se tollit in auras; Ae.11.
Ae.12. Antiqui mussantque Patres, hîc vndique clamor. Ae.11.
Ae. 6. Quatuor hîc primùm, sequitur quos cetera pubes, Ae. 5.
Ae. 5. Ductores longè effulgent, sociosque precantur Ae.10.
Ae. 6. Quisque suos, ne quemquã adeant; terrentq. trementes Ae.12.
Ge. 4. Instabiles animos, ne quo se numine mutent, Ae. 1.
Ae. 2. Quos omnes terrent auræ, sonus excitat omnis, Ae. 2.
Ge. 1. Ne proprium decus, & partum indignentur honorem. Ae. 5.
Ae. 1. Parte alia subitò erumpunt, clamore frementesque Ae.11.
Ae. 8. Ocyus incubuere omnes, postesque sub ipsos Ae. 2.
Ae. 5. Excipiunt socios, atque agmina conscia iungunt. Ae. 2.

Ge. 2. Hinc spes arrectæ iuuenum, exultantiaque haurit Ge. 3.
Ge. 3. Corda pauor pulsans, instant animisque refecti. Ae. 12.
Ae. 8. Haud procul hinc paribus curis vestigia figit Ae. 6.
Ae. 7. Insignis magna Iuuenis stipante cateruа, Ae. 1.
Ae. 8. Sermonum memor, & promissi muneris olim. Ae. 5.
Ae. 4. Sollicitat dictis, subita spe feruidus ardet, Ae. 12.
Ae. 1. Voluitur in medijs, & toto vertice supra est, Ae. 11.
Ae. 11. Circuit, & quæ sit fortuna facillima, tentat.
Ae. 12. Discurrunt alij ad portas, diuortia nota, Ae. 9.
Ae. 5. Mutati transuersa fremunt, tractimque susurrant, Ge. 4.
Ec. 5. Siue intus clausi cunctantur in ædibus omnes. Ge. 3.
Ae. 6. Interea increscunt animis discordibus iræ, Ae. 9.
Ae. 6. Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentq. nec intus Ae. 9.
Ae. 3. Omnibus idem animus, trahit & sua quemq. voluptas: Ec. 2.
Ae. 1. Tantæ molis erat Romanum dicere Regem. Ge. 1.
Dies quinta Augusti. Ae. 11. Quinta rubescebat stellis Aurora fugatis Ae. 3.
Ge. 4. Augusti, & summos spargebat lumine montes. Ae. 12.
Cir. Purpurei Patres instant sub tempus, & omnes. Ge. 3.
Ge. 3. Impendunt curas tantos superare labores, Ae. 3.
Ae. 8. Vnà omnes iuuenum primi, nec tarda Senectus. Ae. 9.
Ae. 11. Amittit vires animi, mutatque vigorem, Ae. 9.
Ec. 3. Atque alternantes multa vi prælia miscent. Ge. 3.
Ae 12. Voluitur interea cælum, & ruit Oceano nox: Ae. 2.
Ge. 1. Rursus per cæcam congressi prælia noctem. Ae. 2.
Christus Dominus Noster. Ae. 1. Et iam finis erat, quando Deus ipse Parenti Ae. 12.

Filius,

Ae.10.	Filius æqualis, hominum sator, atque deorum,	Ae. 1.	*Patri æqualis.*
Ge. 4.	Prospiciens mare veliuolum, terrasque iacentes,	Ae. 1.	
Ae. 1.	Littoraque, & populos, summo sic aluus Olympo	Ae.11.	
Ae. 1.	Constitit, & regnis defixit lumina Romæ.	Ae.12.	
Ae. 1.	Atque illum ingentes iactantem pectore curas,	Ae. 5.	
Culic.	Fœmineum incorrupta decus, lectissima Mater,	Ae. 9.	*Mariæ Virginis preces ad*
Ae.12.	Regina, ætherios inter dea candida nimbos,	Ae. 8.	*Filium.*
Ae. 1.	Quæ mare nunc, MARIA, ac terras, cælumq. profundũ,	Ae. 1.	
Ec. 5.	Sub pedibusque videt nubes, & sidera, VIRGO	Ge. 4.	
Ae. 6.	Læta Dei partu; compellat vocibus vltro:	Ae. 6.	
Ae. 1.	Nate Patris Summi, qui res hominum, atque deorum	Ae.11.	
Ae. 8.	Perpetuis regis imperijs, & fulmine terres;	Ae. 1.	
Ae. 3.	Nate Dei viui, sanguis meus;	Ae. 6.	
Ec. 1.	En tua progenies, cæli quibus annuis arcem,	Ae. 1.	*Catholica Ecclesia.*
Ge. 4.	Amissum queritur confectum ætate parentem:	Ae. 4.	
Cir.	Purpureos inter famæ venientis amore	Ae. 6.	
Ec. 7.	Sæpius incessit magno discordia motu,	Ge. 4.	
Culic.	Pastor & excelsus terrarum Maximus Orbis	Ge. 1.	
Ae. 1.	Vnus abest; haud ipsa capit discordia finem.	Ae.10.	
Ae. 6.	Hortator scelerum, Coluber mala gramina pastus,	Ae. 2.	*Diabolus.*
Ge. 3.	ARBORIS obnixus Trunco noua prælia tentat:	Ae. 3.	*Arbestatensẽ tyrannum brachio truncatũ*
Ae. 3.	Ætnæi fratres bellum cum gente Latina	Ae. 8.	*intelligit.*
Ae. 2.	Præcipitant, varijsque acuunt rumoribus iras.	Ae. 9.	
Ae. 3.	Threicij regis Lunatis agmina peltis	Ae. 1.	
Ae. 3.	Iam medium apparent Siculæ telluris in altum	Ae. 1.	

H 2 Nos

Ae. 2. Nos contra. quem das finem, Rex magne, laborum? Ae. 1.
Ae. 1. Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſcens, Ge. 1.
Ae. 8. Fili, da hoc noſtris aboleri dedecus armis: Ae.11..
Ae. 1. Incute vim ventis, ſubmerſaſque obrue claſſes: Ae. 3.
Ge. 3. Seu age diuerſas, & diſijce corpora ponto: Ae. 1.
Ae. 9. Caſtra inimica ruant, collapſa immania membra Ae. 9.
Ge. 4. Dede neci, vacua inque aula ſine regnet ad Vrbem, Ae. 1.
Ae.12. Qui pecori imperitet ſaxi de vertice Paſtor Ae. 2.
Ae. 8. Romulei, atque recens Patribus det iura vocatis: Ae. 5.
Ge. 1. Quique domos Ditis vacuas, & inania regna, Ae. 6.
Ae. 9. Nigrantum domitor, debellatorque ferarum, Ae. 7.
Ae. 9. Debilitet, vires omnes, opera omnia rumpat, Ae.12.

Petit Virgo vt Maphæus in Pontificē eligatur.

Ae.12. Impauidus tela & frangat. da, Nate, petenti Ae. 9.
Ae. 9. Quod tua cara Parens te poſcit pectore toto. Ae. 1.
Ae.12. MAPHÆVM, quo non ſuperat mihi carior alter, Ae.12.
Cir. Sedibus ex altis ſumma ad faſtigia Vento Ae. 2.
Ae.10. Diuino, caput adque Vrbis da ſurgere regna. Ae. 4.
Ge. 1. Ne tua, ne ſpoliata armis, excuſſa Magiſtro Ae. 6.
Ae.11. Deficiat tantis Nauis ſurgentibus vndis. Ae. 6.
Ae. 7. Filius hæc contra: tuus, ô Regina, quid optes, Ae. 1.
Ae. 7. Veſtigare labor, mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Ae. 1.

Turcarū Tyrannum.

Ae.12. Deſertorem Aſiæ, pecora inter inertia tigrim, Ae. 9.
Ae.11. Sternemus campis: fugit ilicet ocyor Euro Ae. 8.
Cir. Ecce inimicus atrox magno ſtridore rebellis: Ae.12.

Arbeſtatenſis mutilatus cæ-.

Ae. 8. Ecce furens animis immanis TRVNCVS in armis Ae.11.

Ingens

Ae.12. Ingens ARBOREVS, lucis contemptor, & iste Ae. 9. *ditur à Comite de Tili die*
Ge. 1. Cæditur, & TILI præceps demum omnibus armis Ae. 9. *6. Aug. 1623.*
Ge. 4. Intima more suo sese in cunabula condit: Ae. 12.
Ae. 5. Et nunc terga fugæ nudant comitantibus armis Ae. 4.
Ae. 1. Germani Cyclopes, & altis montibus errant: Ae. 3. *Hæretici Germani.*
Ae. 6. Magnanimo Heroi Tyrrheno sanguine læto Ae. 10. *Maphæo.*
Ae. 3. Imperiumque Vrbis dabimus, Sedemque Sacratam. Ae. 2.
Ae. 3. ID. O felix vna ante alias, MARIA! omnia cælo Ae. 5.
Ae. 11. Tradit nanque tibi diuûm Pater, atque hominum Rex. Ae. 1.
Ae. 1. ER. Ergo his Aligerum dictis (quem nomine dicunt Ge. 3. *Angelū Michaelem, Latinè: Quis ut Deus?*
Ae. 9. Quis Deus vt) sic alloquitur, ac talia mandat: Ae. 4.
Ae. 2. Ad terram Hesperiam venies, vbi Lydius agros Ge. 1.
Ae. 1. Irrigat, atque inter leni fluit agmine Tibris: Ae. 2.
Ae. 10. Atque Chorum, qui purpureo est adopertus amictu, Ae. 3.
Ae. 9. Affare, & celeres defer mea dicta per auras: Ae. 4.
Ae. 12. Ne qua meis esto dictis mora, maximus Atlas Ae. 1.
Ae. 9. Dicatur, Puppique Dei confidat in alta, Ae. 5.
Ec. 1. Formosas & curet oues, ouiumque magistros Ec. 2.
Ge. 4. MAPHÆVS, pecoris custos, formosior ipse Ec. 5.
Ae. 8. Imperio: hæc summa est, hic nostri Nuncius esto. Ae. 4.
Ae. 11. Dixit: & aurato ille humeros innexus amictu Ae. 7.
Ae. 6. Præpetibus pennis cælo sacer Ales ab alto Ae. 11. *Michael Conclaue Carddi. ingreditur.*
Ae. 4. Deuolat, atque leuis tandem super astitit arce, Ae. 6.
Ae. 3. Purpurei Heroes vbi sistunt sedibus omnes, Culic.
Ae. 1. Orantes partem diuinæ mentis, & haustus, Ge. 4.

Scita

Ae. 3. Scire & quem ipse Deus sceptri donauit honore. Cir.
Ae. 2. Quos vbi consertos vidit rubra Ales in æthra, Ae. 12.
Ae. 2. (Alma rubescebat stellis Aurora fugatis) Ae. 3.
Ae. 10. Quæ contra vetitum discordia? quæ ocia terris? Ae. 4.
Ae. 12. Sic omnes amor vnus habet? decernere Regem Ge. 1.
Ae. 1. Romanum, rerum dominum, primumq. Parentem, Ae. 3.
Ae. 6. Tempus, ait; Deus, ecce Deus mandata per auras Ae. 4.
Ae. 4. Ipse hæc ferre iubet celeres: mea figite dicta: Ae. 3.
Ae. 5. Vnà omnes, differre nefas, celebrate fauentes Ae. 8.

Orgia Græcis, Ceremonia Latinis.

Ae. 3. Orgia: MAPHÆVM, fama super æthera notum, Ae. 1.
Ae. 4. Regnator cæli Patrum ex numero eligit omni Ae. 7.
Ae. 9. Rectorem rerum, & summa dominarier arce. Ae. 7.
Ae. 4. Huic vni Regnum Italiæ, Romanaque tellus Ae. 4.
Ae. 4. Debentur: placidum læti componite fœdus. Ae. 10.
Ae. 2. Hæc fatus, medio aspectus sermone reliquit, Ae. 9.
Ec. 2. Atque volans tenues se sustulit Ales in auras. Ae. 5.

Spiritus Domini repleuit Conclaue.

Ae. 9. Agnouere Deum Proceres (diuina repente Ge. 3.
Culic. Aura susurrantis Venti tectum omne repleuit) Ae. 7.
Ae. 4. Imperio læti parent, iussique frequentes Ge. 3.

Eligitur Maphæus in Sũmum Pontificem.

Ae. 9. Attollunt sublimè grauem pietate Virum, quem Ae. 1.
Ge. 4. Circumstant fremitu denso, stipantque volentes. Ge. 3.
Ae. 6. Et solitam imponunt chlamydemque, sinusq. crepantes, Ae. 11.
Ae. 4. Demissam ex humeris ardenti & murice lænam, Ae. 4.
Ae. 9. Præfigunt capiti gemmis, auroque Coronam. Ae. 1.
Ae. 10. Panditur interea foribus domus alta superbis; Ge. 2.

Purpurei

Cir. Purpurei fubitò erumpunt; clamore frementes Ae.11.
Ae. 2. Vndique vifendi ftudio iuuenumque fenumque Ae. 9.
Ae. 9. Primorum manus: à portis vultuque fereno Ae. 1.
Ae.10. Totus collucens vefte, atque infignibus aureis, Ae. 8.
Ae.12. Altè fublatus folio tum Maximus Heros Ae. 6.
Ae. 4. Tandem progreditur magna ad facraria Diui Cir.
Ae. 3. CEPHÆ (Romanam primus qui legibus Vrbem Ae. 6.
Ae. 6. Fundauit Curibus paruis; terræque Sacerdos Ae. 2.

Diui Petri, qui à Domino vocatus eft Cephas.

Ae. 7. Sede fedens rerum dominos, gentemque togatam Ae. 1.
Ae. 1. Corripuit, fidus pecori, pecorifque Magiftro). Ec. 3.
Ae.10. Atque illum medio in fpatio Chorus ecce corufcus Cir.
Ae.12. Ingens ad terram duplicato poplite adorat. Ae. 2.
Ae. 6. Continuò auditæ voces: longæua, Sacerdos Ae. 6.
Ae. 8. Maxime, ter diuûmque, hominumq. æterna poteftas, Ae.10.
Ae. 6. Sæcla tibi, longos & circunflectere curfus, Ae. 5.

Romanorum plaufus defignato Pontifice Maphæo.

Ae. 9. Concedat laude: ô tibi feruiat vltima Thule, Ge. 1.
Ae. 8. Extremique hominum Morini, Nomadumque tyranni, Ae. 4.
Ae. 8. Indomitique Dacæ, gens duro robore nata: Ae. 8.
Ae.10. Omnipotens habitet tecum, & fit pectore in ifto, Ae.11.
Ae. 6. Vt regere imperio populos, Romanaque regna, Ge. 3.
Ec. 8. Et tuta poffis Orbem componere terra. Ae. 3.
Ae. 5. Nate Dei, placidufque iuues, & fidera calo Ae. 4.
Ae. 4. Dextra feras, dāque ipfi animos, virefque fecundas: Ae. 2.
Ae.11. ID. Nomine mutato quo poft de nomine dictus? Ae. 9.
Ae. 1. CL. VRBs ANtIqua dedit, dinofq. in vota vOCAVIT: Ae. 7.

Idem Pontifex Vrbani Clani nomen.

ESTE

obtinet, & à Card. Estensi coronatur. Regnū appellatur Pontificiū diadema.

Ae.12. ESTE bonus, quoniam superis oblata facultas, Ge. 4.
Ae. 7. Imponit Regnum; magnam cui mentem, animumque Ae. 6.
Ae. 9. Multa deos orans supplex per vota precatur. Ae. 6.
Ae.12. Hinc totum felix vulgatur fama per Orbem: Ae.10.
Ae.12. Concurrunt Itali, spolijs & membra coruscant. Ge. 4.

Principū Oratores nouo Pōtifici gratulatum mittūtur.

Ae. 7. Centum Oratores augusta ad mœnia magni Ge. 4.
Ge. 4. Pastoris, toto lectos ex agmine mittunt, Ae.11.
Ae.11. Etruscique Duces: animis, Tauroque superbus: Ae. 5.
Ae. 6. Este Duces: Parmamq. ferens, hastamq. trementem: Ae. 2.
Ae.10. Mantua diues auis: redimitus tempora Quercu: Ge. 1.

Italiæ Respublicæ.

Ae. 7. Picus equūm domitor: pro Libertate vocatas Ae. 6.
Ge. 2. Adde tot egregias vrbes, atque humida regna. Ge. 4.
Ae. 6. Haud mora festinant externis affore ab oris Ae. 7.
Ae. 8. Inde alij proceres animo, cultuque frequenti, Ge. 2.
Ae. 8. Quàm varij linguis, habitu tam vestis, & annis. Ge. 3.
Ae. 5. Hi postquam ingressi, & coram data copia fandi, Ae. 1.
Ge. 4. Pastorem magnum iussi venerantur, & inde Ae. 3.
Ae. 3. Vittis & sacra redimitum tempora Mitra Ae. 9.
Ae. 5. Sublimem pedibusque tenent, atque oscula figunt. Ae. 1.
Ge. 3. Ergo omni cura vires exercet amantis Ae. 4.
Ec. 5. Pastoris, mandat fieri, victorque volentes Ge. 4.
Ge. 4. Per populos dat iura, viamque affectat ad astra. Ec. 5.
Ge. 4. Hinc subitò rerum facta est pulcherrima Roma. Ge. 2.
Ec. 4. ID. Talia sæcla suis dixerunt currite votis Ec. 5.
Ec. 4. Concordes stabili fatorum numine Diui. Ae.12.

ER.

Ec. 5.	ER. Ecce duo at Lunæ se cornua lumine complent,	Ae. 3.	*Vrbanus Frā-*
			ciscum Nepo-
Ae. 5.	Ipse Gubernator, longè, latèque per orbem	Cir.	*tem S. R. E.*
			Cardin. desi-
Cir.	Purpuream Cristam ille suo dat habere Nepoti:	Ae. 9.	*gnat.*
Ae. 11.	Qui cum partiri curas simul incipit ipse.	Ec. 6.	
Ae. 5.	Haud mora consilijs ipso comitatus Achate	Ae. 1.	
Ae. 1.	Imperium explebat, Regnum, Sedemque Latinam.	Ae. 7.	
Ae. 10.	ID. Te quoque magnanimæ gentis iustissima cura,	Ae. 10.	*Eundē Card.*
			Barbarinum
Ae. 9.	Lydorumque manus, hæc hæc suprema manebat	Ae. 7.	*alloquitur.*
Ae. 1.	Dudum picta croco, & fulgenti murice Vestis.	Ae. 9.	
Ge. 4.	ER. Sæpe etiam cingit viridanti tempora LAVRO,	Ae. 5.	*Io. Baptista*
			Lauro Peru-
Ge. 2.	(LAVRO, qui excelsi montis iuga summa petiuit	Culic.	*sino, S.D.N.*
			Cubiculario
Ae. 10.	Pindi: Cecropius quem expirans hortulus auras	Cir.	*intimo.*
Ae. 7.	Et sacræ viridi Sophiæ complectitur vmbra)	Cir.	
Ae. 5.	Quem petit ipse Pater, & magna in cœpta Latinus:	Ae. 11.	
Ge. 2.	FELICIS MALI decerpit & arbore fœtus,	Ae. 6.	*Io. Ciampolī*
			(ad cuius stē-
Ec. 8.	(MALI, cuius amor tantùm mihi crescit in horas,	Ec. 10.	*ma alludit)*
			S.D.N. à Se-
Ge. 1.	Vere nouo quantùm viridis se subijcit alnus)	Ec. 10.	*cretis.*
			Anagramm.
Ge. 4.	In secreta Seni quo non præsentius vllum	Ge. 2.	Ioannes Ci
			ampolus I.
Ae. 12.	Emicat In CVRru stellIs Ardentibus aptum.	Ae. 4.	V.D.
Ae. 9.	ID. Quæ vobis, quæ digna, Viri, duo lumina Phœbi,	Culic.	Ain? emi-
			cans diuus
Ae. 9.	Præmia posse rear solui pro laudibus istis?	Ae. 10.	polo.
Ae. 9.	Dij, moresque dabunt vestri, nomenque, decusque.	Ae. 2.	
Ge. 2.	ER. An memorem egregios Vrbis, operumq. labores?	Ge. 2.	
Ge. 3.	Stabunt & Parij lapides, & structa vetusto	Ae. 3.	
Ae. 3.	Templa deûm saxo; surgentes ære columnæ;	Ge. 3.	

Ge. 2. Tot congesta manu diuersis partibus Orbis. Ae.12.

Ge. 1. Haud mihi si linguæ centum sint, oraque centum, Ge. 2.

Ae.10. Facta Patris, laudum percurrere nomina possem. Ae. 6.

Ge. 2. Quæ qui scire velit, Lybici velit æquoris ipse Ae. 9.

Ae.10. Dicere quàm multæ Zephyro turbentur arenæ: Ge. 2.

Ae. 1. Sine vbi nauigijs violentior incidit Eurus, Ge. 2.

Ae. 3. Scire quot Ionij veniant ad littora fluctus. Ge. 2.

Vrbani VIII. & Nepotis Card.

Ae. 9. CL. Agnouit Iuuenis palmas, & facta Parentis. Ae.12.

Ae.12. Sancti, magna Iouis antiquo Robore Quercus, Ge. 3.

Vrbini Dux Vrbano Ducatus gubernacula tradit.

Ae. 6. DVX cui temporibus canebat sparsa senectus. Ae. 5.

Ae. 9. Hic annis grauis, atque animi maturus, & VRBI. Ae. 9.

Ae.12. NI, septus tectis, rerumque reliquit habenas. Ae. 7.

Ge. 3. Pastori, dedit & gentes frenare superbas: Ae. 1.

Federicus Vrbini Princeps.

Ae. 7. (Filius huic fato diuûm primaque iuuenta est Ae. 7.

Ae. 5. Ereptus; dolor ô magno rediture parenti! Ae.10.

Ae. 7. Sola domum tanti seruabat Filia Nati) Ae. 5.

Lucas Antonius Virilis Rotæ Romanæ Auditor.

Ec. 4. Terrasque, tractusque maris, cælumque VIRILIS: Ae. 7.

Ae.11. Auditor placidus, radijs ingensque Rotarum, Ae. 6.

Ae. 8. Dona recognoscit populorum vocibus Heros. Ae. 4.

Dux Vrbini abdicato Ducatu in oppidũ Castri Durantis se recipit.

Ae.10. Ille autem erepto nato, cunctisque relictis, Ae. 8.

Cir. Altiùs ad magni suspensus sidera cæli, Ge. 4.

Ae. 9. Nec minor in Castris Durando sæcula vincit. Ge. 2.

Ge. 3. Interea letho canentia lumina soluunt, Ae.10.

Ae. 9. Purpureamque animam Iuuenes, primique Senatus. Ae. 8.

Ae. 4. Instauratque Chorum magnus Rex ipse Latinus; Ae. 7.

(Felix:

Cir. (Felix illa dies, felix, quæ septima portat, Ae. 1.
Ae. 1. Quare, Bacche, vocant per carmina læta, tibique Ge. 2.
Ge. 4. Suspendunt ceras gentes, solemnia dona) Ae. 9.
Ae. 12. Iamq. huic Germanus CAPVT INter nVbila condenS; Ae. 10.
Ae. 7. Laurentis nomen Cognatæ sanguine iūctus; Ae. 12.
Ge. 2. Squammeus & Serpens sinuosa volumina versans Ae. 11.
Ae. 1. Additur: incubuere omnes pariterque labori. Ae. 8.
Ae. 8. ID. Tres radij certe cæca in caligine Solis: Ae. 3.
Ae. 6. Tres saxum toto connixi corpore sacrum Ae. 10.
Ae. 12. Vertentes: atauos, & auorum antiqua sonantes: Ae. 12.
Ae. 10. Et tres, quos patrio Pater is sibi iunxit amore: Ae. 4.
Ae. 5. Vrbis opus triplici, numero Deus impare, gaudet. Ec. 8.
Ae. 2. ER. Ergo Pater placida populos in pace regebat; Ae. 8.
Ae. 1. At belli rabies, & amor successit habendi. Ae. 8.
Ae. 1. Nanque inimicus atrox magno stridore per auras Cir.
Ge. 3 Lucifer (is primus, medijs qui in millibus ardens Ae. 1.
Ae. 12. Terribilis, tumidusque nouo præcordia regno Ae. 9.
Ae. 3. Cum socijs, prima crescentis origine mundi, Ge. 2.
Ae. 2. Aggressus magnum manibus rescindere cælum, Ae. 6.
Ae. 10. Inuictum superisque Iouem detrudere regnis, Ae. 6.
Ae. 11. Fulminis in morem, aut tormenti ponderis actus, Ae. 6.
Ge. 1. Præcipitans cælo est Stygias detrusus ad vndas) Ae. 8.
Ae. 2. Ipse hostis, scelere ante alios immanior omnes, Ae. 1.
Ae. 4. Monstrum horrendum, ingens, Erebi de sedibus imis Ge. 4.
Ge. 2. Exijt: æternum seruans sub pectore vulnus, Ae. 2.

Die 7. Octob. S Baccho dicata, 3 Cardd. numero adscribuntur F. Antonius Barbarinus Pontificis frater; Laurẽtius Magalottus, & Petr⁹ Maria Burghesius.

Lucifer Dæmonum Princeps, quo duce Dei honorem Angeli rebelles affectarũt

Ae. 8. Omnia peruolitat latè loca; luce maligna — Ae. 6.
Ae. 7. Curuatis fertur spacijs, ardentis ab ore — Ae.12.
Ae.12. Scintillæ absistunt, spumas agit ore cruentas, — Ge. 3.
Ge. 3. Stare loco nescit, oculis micat acribus ignis. — Ae.12.
Ge. 2. Præcipuè Hesperiam magnam, Saturniaq. arua — Ae. 1.
Ge. 3. Inuidia infelix, furijs accensus, & ira, — Ae.12.
Ae. 9. Inuadit, voluitque oculis, totamque pererrat. — Ae. 4.
Ae. 6. Et tandem pedibus celer, & pernicibus alis — Ae. 4.
Ec. 1. Vrbem, quam dicunt Romam, per singula voluit. — Ae. 8.

Alludit ad Romanorum plausum pro victoria à Catholicis ī Germania parta.

Ae.10. At verò vt vidit magnæ sub mœnibus Vrbis — Ae.12.
Ae.12. Inuictas gentes æterni in fœdera Regis — Ae. 8.
Ae. 8. Lætitia, ludisque vijs, plausuque ferentes. — Ge. 4.
Ge. 1. Circūm rapta manu diuerso ex hoste trophæa: — Ge. 3.
Ae.12. Pastorem primum miserantem incommoda nostra — Ae. 8.
Ae.10. Pacem orare manu, pacique imponere morem; — Ae. 6.
Ae. 3. Italiæ æterna & gentes in pace futuras, — Ae.12.
Ge. 3. In furias, ignemque ruit, dehinc talia fatur: — Ae. 1.

Humanū genus Christi D. N. sanguine redemptum.

Ae. 7. Heu stirpem inuisam è barathri ter gurgite vasto — Ae. 3.
Ae. 8. Sanguinea raptam pugna, pretione redemptam! — Ae. 9.
Ae. 1. Ille ego, qui quondam genus intractabile bello — Ae. 1.
Ge. 2. Centauros letho domui, populosque feroces, — Ae. 7.
Ec. 2. Atque triumphatas vtroque ab littore gentes — Ge. 3.
Ae. 8. Straui, atque ingentes incendi cædis aceruos, — Ae.10.
Ae. 1. Vastaui Cyprum, victor ditione subegi. — Ae. 5.
Ae. 6. Et Danaûm proceres nec dijs, nec viribus æquis, — Ae. 5.

Exussi.

Ae. 5.	Exussi fœdè puppes, matresque, virosque,	Ae. 2.	
Ae. 10.	Magnanimos reges dextra hac sub Tartara misi:	Ae. 8.	
Ge. 3.	Ille ego, qui solus solitus contendere contra	Ae. 5.	
Ge. 1.	Autorem tempestatum, Dominumque potentem,	Ae. 6.	
Ae. 1.	Bella gero nequicquam vna cum gente tot annos?	Ae. 1.	
Ge. 1.	Progeniem paruam, quæ illa se iactat in aula	Ae. 1.	*Catholicos.*
Ae. 8.	Terribilem, CRISTI, totamque à sedibus Vrbem	Ae. 2.	
Ec. 6.	Perdere, nec duro potero conuellere ferro?	Ae. 6.	
Ae. 7.	Quid Syrtes, aut Scylla mihi, implicata Charybdis	Ae. 3.	*Syrtes hæretici, & infi-*
Ae. 7.	Profuit? optato, & parto it regina triumpho	Ae. 2.	*deles; Scylla caro; Charyb-*
Ae. 1.	Gens inimica mihi? placida contenta quiete est?	Ae. 9.	*dis mundus.*
Ae. 9.	His amor vnus? item præda, spolijsque potiti	Ae. 9.	
Ae. 2.	Nostrorum inter se læti conuiuia curant?	Ge. 1.	
Ge. 4.	Ipse autem, cui tanta Deo permissa potestas,	Ae. 9.	*Vrban. VIII.*
Ge. 4.	Ipse, velut custos, in me, excidiumque meorum	Ae. 8.	
Ae. 7.	Agmina in arma vocat, florentes ære cohortes?	Ge. 2.	
Ae. 1.	Nec potero socios, non ipsum absumere? ferrum,	Ae. 4.	
Ae. 12.	Ferte faces properè, ô, qui me, meaque arma secuti,	Ae. 10.	
Ae. 10.	Quosque (nefas) omnes infandi Acherontis ad vndas	Ae. 6.	
Ae. 6.	Præcipitans traxi, mecum concurrite densi.	Ae. 12.	
Ae. 11.	Agmine in Italiam: gens dura, atque aspera cultu:	Ae. 5.	
Ae. 5.	Debellanda, is solus honos Acheronte sub imo est.	Ae. 11.	
Ae. 10.	Hæc vbi dicta dedit, pestes cognomine Diras,	Ae. 12.	
Ae. 12.	(Quas & Tartareo Nox intempesta cubili	Ge. 3.	
Ae. 12.	Vno eodemque tulit partu) de carcere cæco,	Ae. 6.	

Infernisque

Ae. 7. Infernisque ciet tenebris, ac turbidus infit: Ae.12.

Alecto, Tisiphonen, et Megerá in Italiam incitat Lucifer.

Ge. 1. Eumenides, ne noster honos, infractaue cedat Ae. 7.

Ae. 2. Gloria, nullus amor populis, nec fœdera sunto Ae. 4.

Ae.10. Italiæ, quocunque dabunt se tempore vires Ae. 4.

Ae. 7. Atque odijs versate domos, genus omne futurum Ae. 4.

Ec. 1. Mecum Romanum magno turbate tumultu: Ae. 6.

Ae. 4. Imprecor arma armis contraria, fluctibus vndas, Ae. 4.

Ae. 4. Littora littoribus, crudescant sanguine pugnæ, Ae. 7.

Ae. 5. Et consanguinei pugnent, ipsique Nepotes Ae. 4.

Ae. 2. Alterum in alterius mactatos sanguine cernant. Ge. 3.

Ae. 4. Infandum Caput, ac terris Pater ipse Latinus Ae. 7.

Ec.10. Sit bello audacis populi vexatus, & armis, Ae. 4.

Ae. 4. Finibus extorris, complexu auulsus IESVM Ae.10.

Ae. 2. (Horresco referens magnum, & memorabile nomen) Ae. 4.

Ge. 1. Nequidquam imploret, videatque indigna suorum Ae. 4.

Ae. 6. Funera, nec regno, aut optata luce fruatur; Ae. 4.

Ae. 4. Sed cadat ante diem, positis inglorius armis. Ae.10.

Ae.12. Occiso Pastore, inhumato & corpore terra, Ae.11.

Ae. 6. Roma antiqua ruat, multos dominata per annos. Ae. 2.

Ec. 1. ID. O prohibete minas, dij, talem auertite casum, Ae. 3.

Ae. 3. Et placidi seruate pios per sæcula reges, Ae.12.

Ae. 8. Seruate Italiam, & detrudite finibus hostem. Ae. 7.

Ae. 1. ER. Dixit. cæruleosque implexæ crinibus angues Ge. 4.

Ge. 4. Eumenides, citiúsque Noto, volucrique sagitta, Ae. 5.

Ae. 1. Quà data porta ruunt, terrasque indagine cingunt. Ae. 4.

ID.

Ae. 9. ID. Dij patrij, quorum semper sub numine nostra est Ae. 1.
Ae.12. Italia, ah talem terris auertite pestem. Ae. 3.
Ae.11. ER. Est curuo anfractu Vallis, de nomine dicta Ae. 9. *Vallis Telinæ descriptio*
Ae.11. Iam iactu Teli: quam densis frondibus atrum Ae.11.
Ae. 7. Vrget vtrinque latus nemoris, medioque sonorum Ae. 6.
Ae. 7. Dat sonitum saxis, & torto vertice flumen Ae. 9.
Ae. 5. ADDVA; terrarum fauces, aditusque maligni Ae.11.
Ae. 8. Hæretico generi, & grauiter spirantibus hydris. Ae. 7.
Ae. 6. Hic genus antiquum, proles pulcherrima Romæ, Ae.12. *Catholici.*
Ae. 2. Vulneribus victum dominis parêre superbis Ae.12.
Ae. 6. (Heu) miseram vitam in tenebris, luctuque trahebat. Ae. 2.
Ae. 2. Non tulit hanc speciem furiata à gente profectam Ae. 8.
Ec. 4. ROBVSTus tELis, & LVce coruScus ahena: Ae. 2. *Eques Robustellus pro Catholicis Vallis Telinæ pugnat.*
Ae. 3. Bello armatur eques, socios simul instruit armis. Ae. 3.
Ae.12. SCALÆ improuisò, subitumque apparet amici Ae. 1.
Ae. 8. Auxilium, aduentumque Dei stricto ense precatur. Ae.12. *Iulij Turriani Præpositi Scalensis.*
Ae. 5. Exigui numero (tanta est iniuria) nostri Ae. 3.
Ae.10. Hosteis inuadunt clypeis, atque ære sonoro: Ae.12.
Ae. 9. Discurrunt: quot humi morientia corpora fundunt! Ae.11.
Ae.12. Pugnatum; satis est gentem effugisse nefandam. Ae. 3. *Hæretici à Valle Telina fugantur.*
Ec. 3. ID. Quid domini fracti bello, fatisque repulsi? Ae. 2.
Ae. 2. ER. Exarsere ignes animo, subit ira rebelles. Ae.12.
Ae.11. Gentes vlcisci, & sceleratas sumere pœnas. Ae. 2.
Ae. 8. Tum nostri in ferrum pro libertate ruentes Ae. 8.
Ae.12. Bis magna victi pugna parêre iubentur. Ae.12. *Iidem intrudantur.*

Scire:

Ae. 1. Sine extrema pati, dulceſque relinquere terras. Ae. 4.
Ae. 11. Tertia ſed poſtquam congreſſi in prælia, Rheti Ae. 9.
Ae. 10. Victores, victi tandem, decedere campis Ge. 4.

Iterum fugãtur.

Ae. 5. Coguntur, ſyluaſque fuga, ſaltuſque peragrant. Ae. 4.
Ae. 7. ID. An ſancto Vallis tunc miſſa eſt cura Parenti? Ae. 3.

Horatius Ludouiſius Vallis Telinę ſequeſter Pontificis noĩe. Eadem Vallis ſub Vrbano VIII.

Ae. 2. ER. Illi depoſita hæc tandem; ſed Frater habenas Ae. 10.
Ae. 5. Accipit, & Patris Romani milite complet. Ae. 2.
Ae. 10. Vt ſenior letho canentia lumina clauſit, Ae. 8.
Ae. 2. Succedens oneri dextra tum maximus Heros Ae. 6.
Ae. 7. Armatus terræ Tyrrhenus regna capeſſit. Ae. 8.
Ae. 9. Hic Vallis fontes Harpyias pellere regno Ae. 3.
Ae. 2. Caluini gentem haud vindo, nec legibus æquam Ae. 7.
Ae. 2. Inſtat vi patria, muros & milite ſeruat. Ae. 9.
Ge. 1. Tunc verò infelix ingentibus excita monſtris Ae. 7.

Alecto in Rhetos debacchatur.

Ae. 4. Rhetia (peſtis enim tacitis latet aſpera ſyluis, Ae. 7.
Ae. 7. Luctifica Alecto, Dirarumque vna ſororum, Ec. 6.
Ae. 7. Vipeream inſpirans animam, mæſtumque furorem) Ae. 12.
Ae. 8. Connexas ſine more furit lymphata per vrbes; Ae. 7.
Ae. 2. Ferro accincta vocat ſocios, ſimul inſtruit armis, Ae. 8.
Ge. 3. Gallorumque manum, collectos armat agreſtes, Ae. 9.
Ae. 11. Exuperatque iuga, & ſyluas, & pergit in hoſtem. Ae. 11.
Ge. 2. ID. Quis victor? vario miſcentur pectora motu. Ae. 12.

Marchio Chobrenſis Vallẽ Telinam occupat.

Ae. 2. ER. Iam ſummas arces pictai veſtis, & auri Ae. 9.
Ae. 9. Diues, equum diues, numero primuſque Chorœbus Ae. 2.
Ae. 9. Occupat; huic vni Valles obſeſſa tenetur. Ae. 10.

Continuò

Ge. 3. Continuò turbatæ acies, versique Latini	Ae. 11.	*Pontificiæ copiæ à Valle Telina discedunt.*
Ge. 3. Discessere omnes aditis, orisque relictis.	Ae. 2.	
Ae. 6. Tum verò admissi, notaque in Valle reducti	Ae. 8.	
Ae. 10. Per varios casus Rheti : de gente vetusta	Ae. 10.	
Ge. 1. Mox hoc exultans successu animisque Chorœbus	Ae. 2.	*Arcem Ripæ inuadit Chobrensis.*
Ae. 8. Regia signa mouet, præceps & fertur in hostem,	Ge. 3.	
Ae. 12. Agglomeratque manum Ripæ vlterioris amore.	Ae. 6.	
Ae. 8. Hanc Ianus ferro, & cristis capita alta coruscus	Ae. 9.	*Eandem propugnat Co. Io. Serbellonus.*
Ae. 5. Tutatur, dextra, ac læua pro turribus astans.	Ae. 9.	
Ae. 9. Improuisus adest furiata mente Chorœbus	Ae. 2.	
Ae. 12. Vectus equo, & iaculum intorquens emittit in auras,	Ae. 9.	
Ge. 2. Indicium pugnæ, campo sese arduus infert.	Ae. 9.	
Ae. 12. Tum demum mouet arma LEO, Ripæq. propinquat	Ae. 6.	*Veneti.*
Ae. 9. Agminibus totis. pugnatur comminus armis.	Ae. 7.	
Ae. 3. Monstrum horrendum, ingens, donũ exitiale Mineruæ,	Ae. 2.	*Tormentum murale, vulgò,* Bombarda.
Ae. 8. Tormenti genus, & flammis armata Chimæra,	Ae. 6.	
Ae. 7. Pestiferas aperit fauces, & condita saxis	Ae. 3.	
Ae. 8. Deijcit in terras, dat fortia corpora letho.	Ae. 11.	
Ae. 1. Nec minus interea socijs acerrimus armis	Ae. 12.	
Ae. 11. Inclusus muris, hostilique aggere Ianus,	Ae. 7.	*Co. Io. Serbellonus.*
Ae. 12. Sustentant acies, & cæco Marte resistunt.	Ae. 2.	
Ec. 5. ID. Ergo Gorgoneis Alecto infecta venenis	Ae. 7.	
Ae. 10. Rhetos arma sequi, ferrumque lacessere suasit.	Ae. 10.	
Ae. 6. CL. Scilicet, id sperans imis fore munus Auernis.	Ae. 7.	
Ae. 12. Atqui ea dum campis non æquo Marte geruntur,	Ae. 7.	

Ae. 7. Tartarei monſtri ſæuus magis, ac magis horror, Ae.12.

Ae.12. Crebreſcitque malum Ripæ crepitantibus vndis, Ae.11.

Ae.10. Pallida Tiſiphone palla ſuccincta cruenta Ae. 6.

Ae. 6. Intentans angues media inter millia ſæuit. Ae.10.

Genua Italiæ vrbs deſcribitur.

Ae. 7. Heſperia in magna tuio placidiſſima portu Ae. 3.

Ae. 2. Vrbs antiqua mari colitur, gratiſſima tellus, Ae. 3.

Ec. 5. (Nam hic ver aſſiduum, atque alienis menſibus æſtas Ge. 2.

Ae. 3. Cernitur, & croceis halantes floribus horti) Ge. 4.

Ae. 7. Aſſueta imperijs longè, lateque per vrbes: Ae. 6.

A Iygiſto Phaethontis filio ædificata.

Ec. 6. Tum Phaethontiade ſaxo fundata vetuſto Ae. 8.

Ec. 5. Saxoſas inter valles, cognomine dicta Ae. 3.

Ae. 2. IANVA, diues opum, ſtudijs quæ aſperrima belli Ae. 1.

Ae.12. Fonteſque, fluuioſque altos, Tanaimque niualem Ge. 4.

Ge. 2. Subiecit pedibus populos, opulentaque regna Ae. 8.

Ae. 7. Europæ, atque Aſiæ; fatis vbi libera colla, Ge. 3.

Ae. 6. Libera gens, celſique iacent, tutique receptus. Ae.11.

Caſtrũ Zuccarelli à Genuẽſibus emptũ.

Ae. 6. Pro Caſtro gentis patriæ ſub Sole iacente Ge. 2.

Ae. 1. Soluerat hæc, fama eſt, argenti, aurique talenta Ae. 5.

Ae. 6. Auguſto, diuûm generi; quæ prima malorum Ae. 7.

Ae. 7. Cauſa fuit, belloque animos accendit acerbo. Ae.11.

Ae. 1. His accenſa ſuper Dirarum ab ſede ſororum Ae. 7.

Tiſiphone faciẽ Caroli Allobrogum Ducis mentitur coram Victorio Principe filio.

Ge. 3. Pallida Tiſiphone mox tempus nacta nocendi, Ae. 7.

Ae.10. Ocyor & iaculo, & ventis defertur ad vrbem Ae.10.

Ae. 1. Taurinum: toruam faciem, & furialia membra Ae. 7.

Ae. 1. Exuit, & greſſu, & genitoris imagine capta, Ae. 4.

VICTORI

Ae. 5.	VICTORI ante oculos his se cum vocibus offert:	Ae. 7.
Ae. 1.	Nate, meæ vires, mea magna potentia, cunctis	Ae. 2.
Ae. 5.	Care magis natis; scis ipse, & scire fateris	Ae.12.
Ae. 7.	Castrum, non cura nobis leuiore tuendum,	Ge. 3. *Castrũ Zuccarelli Scipionis Carretti.*
Ge. 2.	Scipladæ duri, surgens in vallibus imis,	Ge. 1.
Ae.12.	Deberi nobis (si mens non læua fuisset	Ec. 1.
Ae.11.	Cæsari, & inuisa, & factis contraria nostris)	Ae. 7.
Ae. 5.	Ast illud fidi Genuæ populusque, patresque	Ae. 9.
Ae. 7.	Et petiere sibi; & voluêre adiungere: gentem	Ae.11.
Ae.10.	Horiati fumus incœpto desistere, victam	Ae. 1.
Ge. 2.	Iustitia terræ; dum spes incerta futuri	Ae. 8.
Ae. 8.	Nobiscum finat & tentare pericula belli:	Ae.11.
Ae.10.	Nos contra (infandum) at procurrere longiùs audet.	Ae. 9.
Ge. 2.	Non illam nostri possunt mutare remissi	Ae. 5.
Ae.11.	Legati, incœptoque, & sedibus hæret in ijsdem.	Ae. 2.
Ae. 7.	Stant belli causæ; longa est Iniuria, longæ	Ae. 1.
Ae. 1.	Ambages: ergo pœnas, veterumque malorum	Ae. 6.
Ae. 6.	Supplicia expendat vasti Gens humida ponti.	Ge. 4. *Genuenses.*
Ae.10.	Vltor eris mecum; ducis & tu concipe curam,	Ae.11.
Ae.11.	Et cum Fratre refer. cùm primùm crastina cælo	Ae.12.
Ae.10.	Purpureis inuecta rotis Aurora rubebit,	Ae.12.
Ae. 7.	Lætus in arma para florentes ære cateruas,	Ae.11.
Ae. 9.	Et mecum pœnas inimico à sanguine sume.	Ae.11.
Ae. 4.	Dixerat: ille patris monitis immota tenebat	Ae. 4.
Ae. 6.	Lumina, præcipitem & curam sub corde premebat.	Ae. 4.

K 2 Tandem

Ae. 7. Tandem lætus ait: Ductor fortissime bello, Ae.10.

Ae. 2. Iam iam nulla mora est, sequor, & præcepta facesso. Ae. 9.

Doli Infernales.

Tisiphone faciem Victorii Principis mentitur corã Carolo Duce Parme.

Ae. 4. ID. Anne doli vmbrosæ penitus patuere cauernæ? Ae. 8.

Ae. 6. CL. Tisiphone his actis aliud secum ipsa volutat, Ae.12.

Ae. 1. Ne quà scire dolos Genitor (quem tollere in altos Ae. 2.

Ae. 2. Optabat montes) mediusue occurrere posset. Ae. 1.

Ae. 2. Nanque vt visa satis primos acuisse furores, Ae. 7.

Ge. 3. VICTORIS subitò sese in collecta figuram, Ae.12.

Ae. 7. Sanguineam torquens aciem, toruùmque Parentis Ae. 9.

Ae.12. Magnanimi stetit ante pedes; nec plura morata Ae. 7.

Ae.10. Acta furore graui hæc effudit pectore dicta: Ae. 7.

Genuensis Respub. Zuccarelli.

Ae. 7. Ausa equidem sceptris Terra est quæ libera nostris, Ae. 7.

Ae.10. Arua aliena iugo premere, atque auertere Castra, Ae. 2.

Ae.11. Debita erant nostræ quæ verè adiungere genti? Ae. 7.

Ae. 5. In regnis hoc ausa tuis? & iura, fidemque Ae. 2.

Ae. 3. Impulit, & nostras turbauit Ianua terras? Ae. 7.

Ae. 3. Cernimus astantem medium in penetralibus hostem, Ae. 2.

Ge. 2. Assuetumque malo Ligurem noua regna petentem? Ae. 1.

Ae. 6. O Pater, audendum dextra, nunc ipsa vocat res. Ae. 9.

Ge. 2. Sunt & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus, Ae.11.

Ae.11. Auxilioque vrbes, populi, Rhenusque bicornis. Ae. 8.

Ae.11. GENVA labat, sit fas tantam subiungere gentem: Ae. 8.

Ae. 5. GENVA labat vasta, immissis ruat hostibus omnis. Ae. 4.

Ge. 4. Dixit, & hinc fuscis tristis dea tollitur alis, Ae. 7.

Ae. 7. Cocytique petit sedem, Stygiamque paludem. Ae. 6.

ID.

Ae. 4. ID. Felix, heu nimium felix, Saturnia tellus, Ae. 8.
Ge. 1. Si specus horrendum, & saeui spiracula Ditis, Ae. 7.
Ge. 4. Eumenides, genuit quas partu Terra nefando, Ge. 1.
Ge. 4. Seruassent, ripas altas Acherontis auari. Ge. 2.
Ae. 7. CL. Sunt geminae Belli portae, pietate, vel armis Ae. 6.
Ae. 3. Italia sacrae, & saeui formidine Martis: Ae. 7.
Ec. 8. Has centum claudunt vectes, aeternaque ferri Ae. 7.
Ae. 7. Robora: nec custos absistit limine Pastor Ge. 3. *Vrban. VIII. Italicae paci*
Ge. 3. Non secus ac patrijs acer Romanus in oris, Ae. 1. *inuigilat.*
Ae. 6. Vestibulum insomnis seruat noctemque, diemque; Ae. 8.
Ae. 7. Has, vbi certa sedet pugnae sententia regis Ae. 6.
Ae. 4. Alpini (Boreas nunc huc, nunc flatibus illuc Ae. 8. *Caroli Allobrogũ Ducis.*
Ae. 6. Hac tum multiplici populos sermone replebat, Ae. 4.
Ae. 3. Exultans pariter facta, atque infecta canebat) Ae. 4.
Ae. 7. Ipse Quirinali trabea, cinctuque corusco, Ge. 1.
Ae. 7. Ipse Pater primus indicere bella Latinus, Ae. 7.
Ae. 6. Atque minabatur tristes recludere portas. Ae. 7.
Ae. 7. Abstinuit tactu Pater, & Rex omnibus idem: Ae. 10.
Ae. 7. Nulli at visa citò decurrit virgo Megaera, Ae. 12.
Ae. 5. Impulit ipsa manu portas, & cardine verso. Ae. 7.
Ae. 7. Belli ferratos rupit duro obice postes. Ae. 11.
Ae. 5. Cum Princeps VICTOR cari genitoris ad vrbem Ae. 1. *Victorius Allobrogũ Princeps.*
Ae. 4. Imperat armari florentes aere cateruas. Ae. 7.
Ae. 3. Ergo vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes Ae. 5. *Expeditio Allobrogum in*
Ae. 5. Haud mora prosiluere suis; pars missile ferrum Ae. 12. *Genuenses.*

Corripiunt,

Ae. 1. Corripiunt, clypeos, & ſpicula lucida tergent. Ae. 7.
Ae.12. Impauidus galeam hic tectis rapit: ille fremenres Ae. 7.
Ae.12. Siſtit equos, chlamyde, & pictis conſpectus in armis: Ae. 8.
Ae.12. Ille auidus pugnæ clypeumque ex ære ſiniſtræ Ae.11.
Ae.11. Subligat, atque enſem collo ſuſpendit acutum. Ge. 1.
Ge. 1. Hic, illic ſpolijs ſe quiſque recentibus armat, Ae. 2.
Ge. 2. Intrepidi inter ſe coeunt, pennisque coruſcant, Ge. 4.
Ge. 4. Et circa regem, atque ipſa ad prætoria denſi Ae. 2.
Ae. 6. Aduentant, pulſuque pedum tremit excita tellus; Ae. 7.
Ae. 9. Sternitur omne ſolum telis: ferit æthera clamor. Ae. 5.
Carolus Dux. Ae.11. Cingitur ipſe furens certatim in prælia DVCTOR Ae.10.
Ae. 2. Taurini, lucens veſte, atque inſignibus armis. Ae.10.
Ae. 9. Hic Mars, hic hamis conſertam, auroque trilicem Ae. 5.
Ae.12. Circundat loricam humeris; ſimul aptat eburnum Ae.11.
Ae.12. Enſemque, & clypeum, galeam criſtiſque decoram, Ae. 2.
Ae.10. Cuius puniceæ ſurgunt de vertice pennæ; Ae.12.
Ae. 8. Arduus arma tenens ferrata calce fatigat Ae.11.
Ae.11. Quadrupedemque citum, ſpirantem naribus ignem, Ge. 2.
Ae. 4. Inceditque animos, horrendumque intonat armis; Ae.12.
Victorium, et Thomam fratres Allobrogum Principes. Ae. 5. VICTOREM gaudetque tuens ante ora frementem Ae.12.
Ae.10. In medios; Fratrem pariterque in bella ruentem, Ae. 9.
Ae. 7. Sublimes in equis greſſus glomerare ſuperbos, Ge. 3.
Ge. 3. Inſultare ſolo, geminos duo fulmina belli. Ae. 6.
Ec. 6. Iamque hic auratis volitans argenteus anſer Ae. 8.
Ae. 8. Porticibus, Gallos cinctos fulgentibus armis, Ae. 2.

Virgatis

Ae. 8.	Virgatis fagulis, in limine adesse canebat.	Ae. 8.	
Ae. 2.	Iamque dies aderat ramis insignis Oliuæ;	Ae. 6.	*Dominicus dies Olina-*
Ge. 4.	Cum tuba terribilem sonitum procul ære canoro	Ae. 9.	*rum.*
Ae. 1.	Personat, insequitur clamor, cælumque remugit.	Ae. 9.	
Ae. 6.	Exin cuncti aptant se armis, pugnæque parant se:	Ae.10.	
Ae. 5.	Intenti expectant signum, quod protinus omnes	Ae. 7.	
Ae. 9.	Suscitet, æratasque acies in prælia cogat.	Ge. 1.	
Ae. 2.	Iamque adeò campis exercitus ibat apertis:	Ae. 9.	
Ec. 8.	DVX erat agmen agens, magniq. ipse agminis instar:	Ae. 7.	*Dux Allobro gum.*
Ae. 7.	Tum gemini Fratres proles pulcherrima bello:	Ae. 7.	*Victorius, & Thomas.*
Ae. 8.	Galli aderant, animis, rebus spectata iuuentus:	Ae. 8.	
Ae. 7.	Insequitur nimbus peditum, clypeataque turba.	Ae. 6.	
Ge. 3.	Primaque Ferrari vasto cum murmure Montis	Ae. 1.	
Ae. 9.	Castra petunt: superant montes, & flumina tranant.	Ge. 3.	
Ae. 9.	In VADA præcipitant, spolio gaudentque potiti;	Ae.10.	*Vadũ, & No-uę Gennensiũ*
Ge. 2.	Inque NOVAS cursu primi irrupere patentes,	Ae.11.	*Castra ab Al lobrogibus oc*
Ae. 9.	Alta tenent; nec non trepida formidine gentem,	Ge. 3.	*cupantur.*
Ae. 2.	Obsedere fores; has seruant agmine. GAVI	Ae. 8.	*Gauiũ ab eis-dẽ obsidetur.*
Ae.10.	Et terram hostilem repetunt: haud multa morati	Ae.12.	
Ae. 3.	Ære cauo densaque ad muros mole feruntur.	Ae.12.	
Ae. 2.	DVCTOR vt anteuolans tardum præcesserat agmen,	Ae. 9.	*Dux Allobro gum.*
Ae. 9.	Lustrat equo muros, vltrò implacabilis ardet	Ae.12.	
Ae. 9.	Qua tentet ratione aditus, murisque propinquet.	Ae.11.	
Ae. 9.	Ipsi intus dextra, ac læua pro turribus hostem	Ae. 6.	
Ae. 9.	Armatique cauis expectant, mœnia vallant.	Ae.11.	

Erumpunt

Ge. 4. Erumpunt portis; concurritur; æthere summo Ge. 12.
Ge. 4. Fit sonitus, dubius medijs Mars errat in armis: Ge. 2.
Ae. 7. Sæuit amor ferri, & scelerata insania Martis Ae. 12.
Ae. 8. Indomiti; pulcrumque mori succurrit in armis. Ae. 2.
Ae. 9. Diffugiunt versæ trepida formidine GAVI Cir.
Ge. 4. Continuò gentes: sociosque immittere portis Ae. 9.
Ae. 5. Accelerant, aditus firmant, turresque capessunt. Ae. 11.

Gauiū in deditionem ab Allobrogibus recipitur.

Ae. 8. At fessi tandem ciues infanda timentes Ae. 12.
Ae. 11. Dant sese victori; haud aspernanda precantes; Ae. 11.
Ae. 12. Interea Genuæ volitans pennata per vrbem Ae. 9.
Ae. 9. Nuncia fama ruit, certam remque ordine pandit. Ae. 3.
Ae. 8. Extemplo turbati animi, subit ira cadentes Ae. 2.
Ae. 2. Vlcisci patrias terras, & inhospita saxa. Ae. 6.

Genuensium expeditio in Allobroges.

Ae. 9. Actutum dura bellum cum gente gerendum Ae. 3.
Ae. 7. Indicunt primis iuuenum; desuetaque bello Ae. 7.
Ae. 10. Agmina concurrunt. it bello tessera signum, Ae. 7.
Ae. 7. Classica iamque sonant: cælum tonat omne tumultu. Ae. 12.
Ae. 7. Pars pedes ire parat campis, pars altus anhelis Ge. 2.
Ae. 7. Pulnerulentus equis furit: omnes arma reposcunt. Ae. 8.
Ae. 12. Ductores auro volitant, ostroque Magistri, Ge. 3.
Ae. 7. Signaque ferre iuuat, visu mirabile, in hastis; Ae. 9.

Carolus Auria Dux Tursi, Princeps Auelli.

Ae. 10. Non ego te, Ligurum Ductor fortissime TVRSI, Ae. 7.
Ae. 10. Transierim paucis, toto gens AVREA mundo; Ec. 4.
Ae. 11. Monstrat amor verus patriæ, quod pectus in hostem, Ae. 11.
Ae. 12. Multa manus, nec non aurumque, animus tibi, mens est. Ae. 8.

Interea

Ae. 1.	Interea ad templum pueri, innuptæque puellæ	Ae. 6.	
Ae. 4.	Incedunt omnes, matres, & vulgus inermum,	Ae. 12.	
Ae. 12.	Inualidique senes: matrum Chorus omnibus aris	Ae. 8.	*Sanctimoniales.*
Ae. 7.	Implorantque deos, obtestanturque; Supremi	Ae. 11.	
Ae. 2.	Numina conclamant; simulacra orandaque DIVÆ,	Ae. 2.	*D Virgini S. Rosarij sese*
Ec. 1.	Cui Rosa purpureo crescit rubicunda colore,	Culic.	*commendant Genuenses.*
Ae. 4.	Ac mæstas alto fundunt de limine voces.	Ae. 11.	
Ae. 8.	Omnibus in templis adolent altaria tædis,	Ae. 4.	
Ae. 2.	Sacra in honore Dei mediam stat & HOSTIA ad aram.	Ge. 3.	*Proponitur Sanctiss. Eu-*
Ae. 6.	At proceres delubra adeunt, pacemque per aras	Ae. 4.	*charistiæ Sacramentum.*
Ae. 12.	LaurentI: diuo & votum immortale sacrabant	Ae. 8.	*In Aede Diui Laurentij vo-*
Ae. 7.	FONTANO (sylua media qui in VALLE theatri	Ae. 5.	*tū vouent Genuēses D. Ber-*
Ge. 1.	Mellaque decussit, CLARAque in luce refulsit)	Ae. 1.	*nardo Fontanis oriundo,*
Ae. 2.	Hîc primùm ex alti delubri robore secto	Ae. 6.	*Claraeuallis Abbati.*
Ae. 10.	In medio Fraterque Ligur, mirabile MONSTRVM,	Ge. 4.	*F. Nicolaus*
Ae. 10.	Infit, eo dicente Dei domus alta quiescit:	Ae. 1.	*Ricardus Genuensis Ord.*
Ae. 5.	Brachia protendens diuinum inspirat amorem,	Ae. 8.	*Præd. Monstrum, appel-*
Ae. 5.	Hortatur votis, precibusque exposcere pacem:	Ae. 3.	*latus.*
Ae. 4.	Lamentis, gemitu crimenque caputque malorum	Ae. 12.	
Ge. 1.	Tam multas scelerum facies & tollere voce;	Ae. 6.	
Ec. 6.	Et sperare deos memores fandi, atque nefandi.	Ae. 1.	
Ae. 5.	Omnibus in morem rebus iam ritè paratis,	Ae. 4.	
Ae. 12.	Agmina se fundunt portis, quà semita monstrat,	Ae. 11.	
Ae. 11.	Angustæ & fauces inimica in prælia TAVRI.	Ae. 12.	
Ec. 1.	Et iam per medias acies insignibus alis	Ge. 4.	

L Miscens

Ae. 9. Miscent se, magnisque vocant clamoribus hostem. Ge. 4.

Rusticorũ Gennensiũ, vulgò, Polceueraschi, apparatus, & egregia facinora in Allobroges.

Ae. 6. Quò fessam rapitis duris agrestibus arma? Ge. 1.
Ae. 7. Diditur hic rumor, saltus, syluasque peragrat, Ge. 4.
Ae. 9. Vocibus his nemus, & syluæ intonuere profundæ: Ae. 7.
Ae. 8. Fama volat, vocat, & duros conclamat agrestes. Ae. 7.
Ae. 3. Continuò raptis concurrunt vndique telis Ae. 7.
Ae. 7. Indomiti agricolæ; sæuitque ignobile vulgus. Ae. 1.
Ae. 7. Improuisi adsunt; non illis omnibus arma, Ae. 7.
Ae 10. Loricæ, clypeique ingens onus, hasta, secures Ae. 6.
Ae.12. Fulgentes adsunt. hic torre armatus obusto, Ae. 7.
Ae. 7. Stipitis hic grauidi nodisque, veruque Sabello, Ae. 7.
Ae.11. Agrestisque manus armat sparus, æreus ensis. Ae. 7.
Ae. 9. Dat tellus gemitum, tum crebros ensibus ictus Ae.12.
Ae. 1. Ingeminant. fors, & virtus miscentur in vnum. Ae.12.
Ge. 4. ID. En curuæ rigidum falces curuantur in ensem. Ge. 1.
Ae.12. CL. Perque hostes, per tela ruunt, manibusq. cruentis Ae. 2.
Ae. 8. Abstractasque boues, præstanti corpore tauros, Ge. 4.
Ae. 9. Conuectare iuuat prædas, atque æra sonora. Ae.12.
Ae.11. ID. Æternam hinc laudem fortes sperate coloni, Ge. 5.
Ae.10. Egregium angustis atque addere rebus honorem: Ge. 3.
Ae.10. Omnes agricolæ veteres migrate. CL. Coloni Ec. 9.

Victorius Prĩceps Plebem, Gennensiũ Castrũ, occupat.

Ae.12. Atque ea dum campis; VICTOR dat funera proles Ae. 4.
Ae. 8. Parte alia Martis, genus armipotentis Achilli, Ae. 6.
Ae. 9. Impastus ceu plena leo per ouilia; PLEBEM Ae. 9.
Ae. 8. Iam primùm saxis suspensam à sedibus imis Ae. 1.

(Ah

Ge. 4. (Ah miseram) dextra, & fulgenti diripit ense. Ae.10.
Ae. 8. Quid memorem infandas cædes; quid prælia dicam, Ge. 4.
Ec. 6. Quas bello egregias idem disiecerit vrbes, Ae. 8.
Ge. 2. Et qualem infelix amisit pinguis Olini Ec. 5. *Idem Vallem Oneliæ amittit.*
Ae. 8. Ingentem Vallem, turres, & tecta domorum, Ae.12.
Ge. 3. Castella in tumulis magna? & quis talia fando Ae. 2.
Ae. 2. Myrmidonum, Dolopumve, aut fæui miles Vlyssis, Ae. 3.
Ae. 2. Temperet à lacrymis? & nunc quis carmine cædes Ae.12.
Ae.12. Diuersas, obitumque Ducum, quis funera fando Ae. 2.
Ae. 2. Explicet, aut possit lacrymis æquare ruinas? Ae. 1.
Ae. 6. ID. Heu pietas, heu prisca fides, animusq., manusque! Ae.10.
Ae. 3. Auri sacra fames, scelerata insania belli Ae. 7.
Ae. 3. Fas omne abrumpit, nec sat rationis in armis, Ae. 2.
Ae. 4. ER. Protinus ad Regem cursus detorquet Iberum Ec. 3. *Philippũ IV. Hispaniarũ Regem.*
Ae. 4. Fama, malum quo non aliud velociùs vnquam; Ae. 8.
Ae. 3. Facta renarrauit certamina Martis anheli; Ae.12.
Ae.10. Haud partem exiguam Montis dextraque prehensam Ae. 2. *Mõtisferrati.*
Ae.10. Iussa aliena pati, & dominos dignare superbos: Ae. 9.
Ec.10. Alpinamque manum totis descendere campis Ae.11.
Ae. 4. Vrbem præclaram in MEDIO ILAgraNte tVMultu. Ae.11.
Ae. 1. Extemplo irarum voluit sub pectore fluctus: Ae. 2.
Ae.11. Antiquæ nec dum causæ, sæuique dolores, Ae. 1.
Ae. 1. Exciderant animo: manet alta mente receptum Ae. 9.
Ae. 3. Cognatasque vrbes, populos, Liguresque veritos, Ge. 2.
Ae. 3. Italiæ & latè fines custode tueri; Ae. 1.

Gomeziū Suarium Feriæ Ducem.	Ae.11. Ingentemque animis, ingentem armisque SVARVM	Ae.10.
	Ae. 5. Colligere arma iubet, validisque incumbere telis,	Ge. 1.
	Ae. 7. Tutari Italiam, & detrudere finibus hostes:	Ge. 3.
	Ae. 6. Exin bella viro memorat, quæque arma mouenda.	Ae. 8.
	Ae. 7. ID. Bella manu, lethumque gerit Cocytia virgo.	Ae. 7.
	Ae. 8. ER. Vt belli signum, & tectis sese extulit altis	Ae.11.
Feriæ Dux.	Ae.11. Ipse peregrina ferrugine clarus Ibera,	Ae. 7.
	Ge. 4. Auditusque tubæ mugire per æthera clangor:	Ae. 8.
	Ae. 2. Exemplo ad vocem celeres, quà buccina signum	Ae. 7.
Mediolanum.	Ae. 7. Dira dedit, telis concurrunt vndique ad vrbem	Ae. 8.
	Ae.12. Ambrosiam, grauidam imperijs, belloque frementem,	Ae. 4.
	Ae. 9. Armati ferro, & cristis capita alta decori	Ae. 5.
Equites Neapolitani.	Ae. 6. Parthenopæi equites (bis centum robora pubis:).	Ae. 8.
Pedites Ducis Parmæ.	Ae.12. Terrificus Parmæ mucro, & leuia arma minacis:	Ae.10.
Vrbini Ducis.	Ae. 3. Aeriæ Quercus consuetæ aciesque pedestres:	Ae.10.
	Ge. 3. Et quos submittit toto Germania cælo:	Ge. 1.
Leopoldus Austriacus.	Ae. 5. Tres equitum numero turmas dat & Auster, in alto	Ae. 3.
	Ae. 5. Auster equo fidens, & versicoloribus armis.	Ae.10.
Alphonsus Princeps Estensis.	Ae. 7. Nec tu carminibus nostris indictus, ab ESTE	Ae. 2.
	Ae. 9. Princeps, iam ex illo mihi tempore cognitus, ibis:	Ae. 1.
	Ae. 7. Hic mittit nimbum peditum, clypeataque totis	Ae. 7.
	Ec. 2. Montibus, & syluis patrio vocat agmina sistro.	Ae. 8.
	Ae.11. Tot populi misêre duces, multosque remittit	Ae.10.
	Ae. 6. Alma viros magno tellus percussa Tridenti.	Ge. 1.
	Ae.11. ID. Tot magnis acies nunquam venêre Mycenis.	Ae. 2.

ER.

Ae. 4. ER. Ergo parant inferre manu lacrymabile bellum Ae. 7.
Ae.10. Hosti, nec longis inter se passibus absunt. Ae.11.
Ge. 2. Directæque acies, campo stat & agmen aperto: Ge. 2.
Ae. 2. Insultat sonipes, & pressis pugnat habenis; Ae.11.
Ge. 2. Ære renidenti tellus ac fluctuat omnis; Ge. 2.
Ge. 2. Iam iam certatim sese exhortantur in arma: Ae. 7.
Ae.11. Insultant: stat ferri acies mucrone corusco Ae. 2.
Ae. 2. Stricta parata neci, & cæco contendere Marte: Ae. 9.
Ae.12. Concurrunt; animasque in aperta pericula mittunt. Ae. 9.
Ae. 9. ID. State viri, ne tanta animis assuescite bella: Ae. 6.
Ae. 8. Ne patriæ validas in viscera vertite vires: Ae. 6.
Ae. 6. Quisquis es armatus, iam istinc & comprime gressum, Ae. 6.
Ae. 3. Parce pias scelerare manus: procul este profani. Ae. 6.
Ae. 4. ER. Ergo vbi concepit magnos vlulare tumultus, Ae.12.
Ae. 9. Horrisona Italiæ populis venturaque bella, Ae. 3.
Ae. 8. Pallida magna parens frugum, Saturnia Tellus, Ge. 2.
Ae.10. ITALIA, & lacrymis oculos suffusa nitentes Ae. 1.
Ae. 1. VRBANVMque Patrem rerum, Nymphasque sorores, Ge. 4. *Apes dicũtur Nymphæ à*
Ge. 1. Quæ Tuscum Tiberim, & Romana palatia seruant, Ge. 3. *Plinio lib.11. cap.16.*
Ae. 2. Affatur, talesque effundit pectore questus: Ae. 5.
Ae.10. O Pater, ô hominum, & rerum cui summa potestas, Ae.10. *Italiæ preces ad Vrbanum*
Ae. 1. Et quo sub cælo non est præstantior alter; Ae. 6. *VIII.*
Ae. 8. Aspice qui coeant populi, quæque agmina cogant, Ae. 4.
Ae. 8. Ferrum acuant in me, excidia atque extrema meorum, Ae. 2.
Ae. 7. Externi veniunt ferro populare penates, Ae. 1.

Atque

Ge. 4. Atque omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittent. Ae. 8.
Ge. 1. Taurinus Mauors clypeo increpat, atque furentes Ae.12.
Ae.12. Bella mouens immittit equos; ille agmina iungit, Ae. 4.
Ae. 4. Infert se socium, atque Alpes Immittit apertas; Ae.10.
Ae.10. Nec spes vlla fugæ miseris mortalibus vsquam. Ge. 2.
Ae.10. Alecto medias Italûm bacchata per oras Ge. 4.
Ae. 3. Dentibus infrendens mortem præsensque minatur; Ae.12.
Ae. 4. Et Diræ vltrices, inhians tria Cerberus ora, Ge. 4.
Ge. 1. Ac scissa gaudens vadit Discordia palla, Ae. 8.
Ge. 2. Quas consanguineo sequitur Bellona flagello, Ae. 8.
Ae. 8. Omnigenûm monstra & Stygijs emissa tenebris. Ge. 3.
Ae. 8. Heu quantæ cædes instant! bella, horrida bella! Ae. 6.
Ec. 3. Ipse vides quantos primus patiare labores. Ae.12.
Ae.10. Nos magna victæ pugna vix vrbe tuemur Ae.12.
Ae.12. Spes Italas: nostro recalentque fluenta cruore, Ae. 4.
Ae. 9. Terra madet, campique ingentes ossibus albent, Ae.12.
Ge. 4. Fletus vbique, pauor, & plurima mortis imago, Ae. 2.
Ge. 3. Horrentemque viris intentant omnia mortem. Ae. 1.
Ae. 6. Alme, precor miserere, potes nanq. omne hominū Rex. Ae.10.
Ae. 2. Ergo age, care Pater, susceptum perfice munus, Ae. 6.
Ae.11. (Nil moror, en supplex venio, miserere laborum Ae. 2.
Ae. 4. Italiæ, miserere animi non digna ferentis) Ae. 2.
Franciscum Card. Barbarinū legatū ad Reges Gallorū, & Hispaniarū pro
Ae. 6. Purpureumq. tuum, magna de stirpe Nepotem, Ae. 6.
Ae.11. Nunc iterum ad Reges sub tanta pericula missum, Ae. 9.
Ae. 7. Quò bello excitos Reges compagibus omnes Ae. 1.

Alliget,

Ge. 4. Alliget, oblaio & componat fœdere bellum; Ae.11. *pace Italiæ restituenda.*

Ec. 9. Quò curuo anfractu Valles accommoda fraudi Ae.11. *Vallis Telina.*

Ae.11. Cedat ius proprium Regi, patribusque Latinis; Ae.12.

Ge. 4. Quòque in amicitiam coeant, & fœdera iungant Ae. 7.

Ae. 7. Turbatique Duces, desolatique manipli; Ae.11. *Allobroges, & Genuēses.*

Ae. 1. Quò regnum Italiæ primos sibi poscat honores; Ae.11.

Ge. 2. Sollicita. pacis solum inuiolabile pignus, Ae.11.

Ae. 3. Qui fessis finem rebus ferat, atque salutem: Ae.12.

Ae.11. Da, Pater, vt pacem hanc æterno fœdere iungat. Ge. 2.

Ae. 2. ID. O patria, ô diuûm domus inclyta, & optima Mater! Ae.10.

Ae. 7. O mater natûm indigno concussa dolore! Ae.12.

Ge. 2. ER. Hæc effata sinum lacrymis impleuit obortis. Ae. 4.

Ae. 8. Tum Rex sedato respondet corde Latinus: Ae.12. *Vrbanus Italiam consolatur nunciato Card. Nepotis ad Vrbem reditu, composita inter sūmos Principes pace.*

Ae. 1. Maxima natarum Patris decorata supremi Ae.11.

Ae.11. Muneribus (nam te voluit Rex magnus Olympi Ae. 5.

Ae. 6. Ipsius auspicijs exortem ducere honorem) Ae. 5.

Ae. 1. Parce metu: neque enim ignari sumus antemalorum, Ae. 1.

Ge. 2. Et quæ circunstent te deinde pericula cerno. Ae. 4.

Ge. 4. Nata, licet tristes animis auertere curas; Ae. 4.

Ge. 4. Hæc cape dicta memor duri solatia casus: Ae. 6.

Ae.12. Nulla mora est, roseus iam iam de gurgite Ibero. Ae.11.

Ec. 4. Iam redit & regno felici comptus oliua Ae. 7.

Ae. 6. Purpureusque Nepos, missus iam ad flumina Gallûm, Ec. 6.

Ae. 8. Gnata, tuos fluctus mulcere, & tollere ventos. Ae. 1.

Ae. 1. Corda, volente Deo, in primis Regum ipse coruscus Ae.12.

Virtute,

Ae.12. Virtute, eximiæ & laudis fuccenfus amore, Ae. 7.
Ae. 1. Aurea compofuit, nutantem & pondere mundum Ec. 4.
Ae. 6. Fixit, venturo lætentur vt omnia fæclo. Ec. 4.
Ae.12. Irarum fluctus, ftetimus tela afpera contra, Ae.11.
Ae. 2. Vidimus excidia, & cafus fuperauimus omnes, Ae.11.
Ae. 7. Dijs pofitam & pacem certiffima figna fequentur. Ge. 1.
Ae.12. Non lacrymis hoc tempus, erat iam tempus, honores Ec. 4.
Ec. 4. Aggredere ô magnos; furor, & rabida ora quierunt. Ae. 6.
Ae. 5. Æquatæ fpirant auræ, datur hora triumphis, Ae. 4.
Ae. 8. Lætitiæ, ludis, iuuat indulgere choreis. Ae. 9.
Ae. 6. His dictis curæ emotæ, pulfufque repente Ae.10.
Ae. 6. Corde dolor trifti, gaudet, vultufque ferenat. Ae. 1.

Card. Barbarinum alloquitur.

Ae.12. ID. O præftans animi Iuuenis, quas dicere grates Ae.11.
Ae.11. Quasve referre parent gentes, Saturnia regna? Ae.11.
Ae. 6. CL. Partē opere in tanto (neq. enim fine numine diuûm Ae. 6.
Ae. 4. Hic vnus potuit tantas componere lites) Ec. 3.
Ge. 2. Et vires habuere fuas clariffima mundi Ge. 1.
Ge. 1. Lumina, quæ cælo radijs, longèque refulgent. Ae. 8.
Ae. 7. Imponit Regina manum præque omnibus vna Ae. 3.

Elifabetha Portugalliæ Regina ab Vrbano Octauo inter cælites relata.

Ae. 8. Supplicibus fuperans votis placidiffima PORTV Ae. 3.
Ae. 8. GALLI; iam numerum diuorum altaribus augens, Ae. 7.
Ae. 4. Quam fuper ætherias errare licentiùs auras Ae. 7.
Ae.12. Tyrrhenum genus egregium Rex ipfe Latinus Ae. 7.
Ae. 6. Dixerat. & pariter multa cum luce cucurrit Ae. 2.

Felix laicus

Ge. 2. FELIX, qui potuit rerum cognofcere fenfus, Ae. 4.

Fortunatus

Ge. 2. Fortunatus & ille Deum qui nouit agreſtis, Ae. 5.
Ge. 1. Sæpe oleo & triſti languentia corpora morbo Ge. 4.
Ge. 3. Tollere pendentis lychni laquearibus aureis, Ae. 1.
Ae. 9. Quin & ſæpe animas imis excire ſepulcris: Ec. 8.
Ae. 7. Hunc & tum Pater ipſe potens in vota vocauit, Ae.12.

Capuccinꝰ ab eodẽ Vrbano Beatorum Catalogo adſcriptus, qui oleo lampadis admiranda patrauit.

Ae. 8. Dixit & auguſti ſubter faſtigia templi Ae. 4.
Ae.12. Indigetum in numerum, atque alto ſuccedere cælo. Ge. 4.
Ae. 7. ID. Mille rapit populos, vertit FELICIS Oliua: Ae. 5.

Oleum B. Felicis.

Ae. 7. Nec Matris miſeros meminiſſe pigebit ELISÆ. Ae. 4.

S. Eliſabethæ

Ge. 1. ER. Dat facilem curſum cœptis, induſtria firmat Ge. 3.
Ae. 4. Multa Viri virtus, animoſum pectus honeſti Ge. 3.
Ge. 3. SPADI, nec placidam membris dat cura quietem. Ae. 4.
Ec. 3. O quoties, & quæ, quibus eſt & deinde locutus Ae. 5.

Bernardini Spadij Nũcij Galliarũ in ſedandis Italiæ motibus egregia virtus.

Ae.11. Nuncius ingenti per regia tecta labore, Ge. 1.
Ec. 2. Sole ſub ardenti, cum terræ ardore dehiſcunt, Ge. 3.
Ge. 4. Cum ſitiunt herbæ, ſindit Canis æſtifer arua, Ge. 2.
Ae. 8. Mitis vt in morem ſtagni turbata procellis Ge. 3.
Ae. 8. Sterneret æquora aquis! quoties humentibus vmbris Ae. 4.
Ae. 4. Nocturnis ſomnos abrupit cura ſalubres! Ge. 3.
Ae. 3. Et feſſum quoties oneri, pariterque timentem, Ae. 2.
Ae.10. Ingentes Rhetûm vigilantem, & cuncta videntem Ae. 9.
Ae.11. Viderunt noctéſque, dies, ex ordine menſes! Ge. 3.
Ae.10. Hoc virtutis opus, rem magnam, primus IVLVS Ae. 9.
Ae. 2. Ipſe inter primos forti permiſtus Hetruſco, Ae.10.
Ae.12. Adiuuat, & ſummis adnixus viribus vrget. Ae. 5.

Iulius Sacchettus in Hiſpania Nuncius.

Spadius, & Sacchettus Nũciy Cardd. creati.	Ac.11.	ID. Amboanimis, ambo insignes præstantibus actis	Ae. 1.
	Cir.	Purpureos inter Soles ob digna locati.	Ae. 6.
	Ae. 9.	CL. Ast alios secum includit Rex ipse Latinus	Ae.12.
Caietanus, Marquemontius, Harrachensis, Zachias, Gypsius, Cornelius, Spinula, Caualerius, Biscia, & Gussmanus Cardd. creantur die 19. Ianuarij S. Felici dicata.	Ae. 2.	Bis quinos, illi haud veterum virtute secundos,	Ae.11.
	Cir.	Purpureos Patres (sub lumina Solis, & ortus,	Ae. 6.
	Ae.11.	FELIX, morte tua, & spolijs insignis opimis)	Ae. 6.
	Ge. 1.	ID. Diuersi erumpent radij: haud terrebere nimbis,	Ge. 1.
	Ge. 1.	Lucidus orbis eris; mundum Sol aureus astra	Ge. 1.
	Ge. 1.	Per duodena reget Rex ingens ipse Latinus.	Ae.11.
	Ec. 5.	CL. At circùm latè volitans iam fama per vrbes	Ae. 7.
	Ac. 7.	Ausonias tulerat, ictum iam fœdus, & omnes	Ae.12.
	Ae.12.	Compositas leges: Itala & de gente Nepotem	Ae. 6.
Maria Eugenia infans Hispaniarum à Franc. Card. Barbarino baptizata.	Ae. 2.	Pastoris magni (Regis qui more Philippi	Ge. 1.
	Ae. 2.	Natæ ante ora patris, patri quæ maxima, sacris	Ae. 7.
	Ae.10.	Vulnera siccarat lymphis, monimenta doloris	Ae.12.
Adami.	Ae. 1.	Vnius ob noxam, genus à quo principe nostrum)	Ae. 3.
	Ae.11.	Egregium forma Iuuenem iam gurgite Ibero	Ae.11.
	Ae. 7.	Eductum, Ausonium lustrantem nauibus æquor.	Ae. 3.
	Ae. 9.	Illum incedentem læto clamore salutant	Ae. 3.
Vulgò, Rinfrescamẽti.	Ae. 1.	Littoraque, & populi, atque opibus solantur amicis.	Ae. 5.
	Ae. 3.	Apparent terræ; fertur cita gurgite classis	Ae. 5.
	Ae. 5.	Agmine remorum, fluctuque, æstuque secundo.	Ae.10.
	Ae. 3.	Crebrescunt optatæ auræ, portuque Liburno	Ge. 3.
	Ae. 8.	Succedunt læti, & notæ aduertuntur arenæ;	Ae. 5.
	Ae. 8.	Progressi subeunt Tyrrheni ad littora regis.	Ae. 8.

Interea

Ae. 9. Interea præmissi equites Mauortis ad vrbem Ae. 6.
Ae. 4. Sollicitant dictis solemnes ordine pompas Ae. 5.
Ae. 9. Purpurei cristis Iuuenis venientis amore. Ae. 6. *Francisci Cardinalis Barbarini.*
Ae. 7. Haud mora festinant iussas attollere moles; Ae. 11.
Ae. 1. Artificumque manus opera ad fabrilia surgunt. Ae. 8.
Ae. 5. Expectata dies aderat, qua magnus ad Vrbem Ae. 8. *Romanorum apparatus pro ingressu eiusdem Card.*
Ae. 11. Legatus tonsæ folijs ornatus oliuæ Ge. 3.
Ae. 7. More iubebatur concursu accedere magno. Ae. 1.
Ge. 4. Mane ruunt portis Populi, mediamque per vrbem Ae. 6.
Ae. 1. Pars aptare locos, cæloque educere certant Ae. 6.
Ae. 2. Effigies, statuas: decorant fulgentibus armis Ae. 6.
Ae. 1. Hic alij portas; intexta aulæa Britanna Ge. 3.
Ae. 2. Hærent parietibus: portarum ingentia claustra Ae. 7.
Ae. 3. Exornant veterum effigies ex ordine auorum: Ae. 7.
Ae. 5. Purpureos iaciunt flores per strata viarum. Ae. 1.
Ae. 3. Centum alij vulgi, quæ cuique est copia, læti Ae. 5.
Ae. 4. Turribus aut altis, aut summi culmine tecti Ae. 4.
Ae. 9. Dant sonitum: ille æris rauci clamor increpat, & vox Ge. 4.
Ge. 3. Aera per vacuum sonitus imitata tubarum. Ge. 4.
Ae. 8. Alta petunt validi, turres, & tecta domorum Ae. 12.
Ae. 4. Conscendunt alij; portis bipatentibus adsunt Ae. 2.
Ae. 11. Matronæ, pueri, longo omnes ordine matres, Ae. 2.
Ae. 4. Et crines flauos, & membra decora puellæ. Ge. 1.
Ae. 10. At parte ex alia latè delecta iuuentus Ae. 4.
Ge. 1. Romanique duces, equitumque exercitus omnis, Ae. 11.

M 2 Tyrrhe-

Ae.11. Tyrrhenique duces omnes, gens Lydia diuûm, Ae.10.
Ae.11. Compositi numero in turmas sublimibus ardent Ae.11.
Ae. 7. Sublimes in equis, anteirent cursibus auras, Ae.12.
Ae.12. Qui candore niues, ostro, pictisque tapetis Ae. 7.
Ae. 7. Instrati: fuluum mandunt sub dentibus aurum; Ae. 7.
Ae.11. Insultant; luduntque iubæ per colla, per armos, Ae.11.
Ae. 7. Aurea pectoribus demissa monilia fulgent. Ae. 7.
Ae.10. Concurruntque Magistratus, Sanctusque Senatus Ae. 1.
Cir. Purpureus: lucent in equis, quos omnis euntes Ae. 5.
Ae. 7. Turbaque miratur matrum, atque effusa iuuentus. Ae. 7.
Ae.11. Iamque propinquabat portis, lætusque subibat Ae. 9.
Card. Barbarinus. Ae. 3. Mœnia magnanimus multis cum millibus Heros. Ae. 5.
Ae.12. Purpureus, ramis velati Palladis omnes. Ae. 7.
Ae. 5. It clamor cælo: primusque occurrit in ostro Ge. 2.
Ae. 8. Hîc Iuuenum Chorus, ille Senum, gaudetq. supremum Ae. 7.
Ae. 8. Compellare Virum, & dextræ coniungere dextras. Ae. 8.
Ae. 5. Tum plausu, fremitùque virûm puerile paratum Ae. 5.
Ae. 7. Agmen, agens pictum croceo velamen acantho, Ae. 1.
Ae. 8. Velatumque comas folijs viuacis oliuæ, Ge. 2.
Ae. 3. Occurrit, rumpitque has imo pectore voces: Ae.11.
Canticũ Frãcisco Cardinali Barbarino. Ae. 8. Ingredere, ô famæ meritò pars maxima nostræ, Ge. 2.
Ae. 8. Flos veterum virtusque virûm, spes altera Romæ; Ae.12.
Ae.11. O decus Italiæ, spes, & solatia nostræ, Ae. 8.
Ge. 1. Ingredere augurio, votis, pede, diue, secundo. Ae.10.
Ae. 8. Ingredere, ô famæ meritò pars maxima nostræ, Ge. 2.

Flos

Ae. 8.	Flos veterum virtuſque virûm, ſpes altera Romæ.	Ae.12.
Ae. 3.	Inuoluêre diem nimbi ſub luce maligna;	Ae. 6.
Ae. 3.	Nox erat & terris; diſcordes æthere venti	Ae.10.
Ge. 1.	Æſtuſque, pluuiaſque, & non tractabile cælum,	Ae. 4.
Ge. 1.	Et fœdam tempeſtatem mortalibus ægris	Ae. 2.
Ae.10.	Auſoniæ magnæ, & cæca caligine ſoles,	Ae. 3.
Ae.10.	Intulerant; rebus nec ſpes opis vlla dabatur:	Ae. 2.
Ae.12.	TV verò aſſurgens, caſu concuſſus acerbo,	Ae. 5.
Ae. 1.	Collectaſque fugas nubes, noctemque profundam,	Ae. 4.
Ae. 1.	Luctantes ventos, tempeſtateſque fragoſas,	Ae. 7.
Ae.10.	Italiæ dicto citiùs tumida æquora placas;	Ae. 1.
Ae. 9.	Iam Sole infuſo rebus; mortalibus alma	Ae.11.
Ae. 6.	Exurgis nobis Aurora, diemque reducis.	Ge. 1.
Ae.11.	O decus Italiæ, ſpes, & ſolatia noſtræ,	Ae. 8.
Ge. 1.	Ingredere augurio, votis, pede, diue, ſecundo.	Ae.10.
Ae. 8.	Ingredere, ô famæ meritò pars maxima noſtræ,	Ge. 2.
Ae. 8.	Flos veterum virtuſque virûm, ſpes altera Romæ.	Ae.12.
Ae. 6.	Ibant obſcuro triſtes ex æthere Diræ	Ae. 8.
Ae. 4.	Armatæ facibus, tectis ſine fine furentes;	Ae. 2.
Ae. 6.	Luctus, & vltrices Curæ; Diſcordia demens;	Ae. 6.
Ge. 1.	Obſcœnique canes; immanis dentibus Hydra;	Ge. 2.
Ae. 6.	Cerbèrus ille fame rabida tria guttura pandens,	Ae. 6.
Ae. 6.	Et centumgeminus Briareus, Scyllæque biformes:	Ae. 6.
Cir.	Cœpere Italiam contra, Tiberinaque longè	Ae. 1.
Ae.10.	Iam lucere faces; iam feruere littora flammis;	Ae. 4.

Ge. 1. Extremæ ſub caſu hyemis TV ritè propinquas, Ae.10.
Ae. 6. Das dextram miſeris; tandemq. inimica refûgit Ae. 6.
Ae. 6. Horrendùm ſtridens immanis hiatibus Hydra, Ae. 6.
Ae. 8. Monſtra, manuſq. premens, Cyclopum educta caminis. Ae. 6.
Ae.11. O decus Italiæ, ſpes, & ſolatia noſtræ, Ae. 8.
Ge. 1. Ingredere augurio, votis, pede, diue, ſecundo. Ae.10.
Ae. 8. Ingredere, ô famæ meritò pars maxima noſtræ, Ge. 2.
Ae. 8. Flos veterum virtuſque virûm, ſpes altera Romæ. Ae.12.
Ae. 8. Bronteſque, & Steropes, ſocio Cyclopes in antro Ae. 3.
Ae. 8. Ferrum exercebant, & nudus membra Pyracmon; Ae. 8.
Ae. 8. Miſcebant operi horrifico ſonitumq. metumque; Ae. 8.
Ae. 8. Vulnificuſque chalybs vaſta fornace liquebat: Ge. 1.
Ae.12. Sanguineus Mauors, clypeo Tritonia Pallas Ae. 5.
Ae. 1. Bellatrix virgo, effulgens & Gorgone ſæua, Ae. 2.
Ae. 7. Et Bellona, manus, infeſtaque tela tulere, Ae. 5.
Ae. 6. Ære ciêre viros in crimina cædis, & ignis Ae. 7.
Ae. 3. Infanda, vt capere Italiam, ſceptriſque potiri Ae. 9.
Ae. 9. Poſſent, victores & prædæ ducere ſortem: Ae. 9.
Ae.11. TV verò inſurgens, manſueſcere neſcia corda Ge. 4.
Ae. 2. Sanguine, placaſti, iram, & inexaturabile pectus. Ae. 5.
Ae.11. O decus Italiæ, ſpes, & ſolatia noſtræ, Ae. 8.
Ge. 1. Ingredere augurio, votis, pede, diue, ſecundo. Ae.10.
Ae. 8. Ingredere, ô famæ meritò pars maxima noſtræ, Ge. 2.
Ae. 8. Flos veterum virtuſque virûm, ſpes altera Romæ. Ae.12.
Ae.11. Iam Metus, & maleſuada Fames, & turpis Egeſtas, Ae. 6.

Pallentes

Ae. 6. Pallentes Morbi, triſtes; Lethumque, Laborque, Ae. 6.
Ae. 6. Terribiles viſu formæ, latèque furentes, Ae. 4.
Ae. 9. Fertilis Auſoniæ penitus genus omne peroſi, Ae. 9.
Ae. 6. Horrenda, & multa vaſtabant cæde cruenti. Ae. 1.
Ge. 2. Huc, illuc turpi dilapſa cadauera tabo, Ge. 3.
Ae. 10. Vna, eademque via ſanguiſque, animuſque ruebat. Ae. 7.
Ae. 8. Funera iam, multis Mors cæſis millibus ante, Ae. 11.
Culic. Vulnera, tela, neces, ignes inferre parabat. Ae. 1.
Ae. 7. TV verò ad vocem caſu percuſſus iniquo Ae. 6.
Ae. 3. Auſoniæ, ſuperis lethi iam limine ab ipſo Culic.
Ae. 3. Auſoniam, ac nobis cunctando reſtituis rem. Ae. 6.
Ae. 11. O decus Italiæ, ſpes, & ſolatia noſtræ, Ae. 8.
Ge. 1. Ingredere augurio, votis, pede, diue, ſecundo: Ae. 10.
Ae. 8. Ingredere, ô famæ meritò pars maxima noſtræ, Ge. 2.
Ae. 8. Flos veterum virtuſque virûm, ſpes altera Romæ. Ae. 12.
Ae. 1. Acceſti tandem, tuaque expectata Parenti Ae. 6.
Ae. 6. Vicit iter durum pietas: datur ora videre, Ge. 2.
Ae. 12. Ardenteſque oculorum orbes, tuaque optima facta. Ae. 10.
Ae. 12. Auſonij vidêre tua pietate labores Ae. 1.
Ae. 8. Herculeos, & facta ferunt ingentia centum: Ae. 6.
Ae. 8. Vt bello egregias vrbes, magniſque periclis; Ae. 6.
Ec. 6. Vtque inter cædes pallentem morte futura Ae. 8.
Ae. 1. Italiam, gentem & fidam ſubduxeris enſe: Ae. 6.
Ae. 2. Ipſe virûm primus manicas, atque arcta leuaris Ge. 4.
Ae. 11. Italiæ teneras quæ arcebant vincula palmas. Ae. 2.

O quas

Ec. 2. O quas te terras, & quanta per æquora vectum Ae. 6.
Ge. 1. Accipiunt patrij longo post tempore fines! Ec. 1.
Ae.11. O decus Italiæ, spes, & solatia nostræ, Ae. 8.
Ge. 1. Ingredere augurio, votis, pede, diue, secundo: Ae.10.
Ae. 8. Ingredere, ô famæ meritò pars maxima nostræ, Ge. 2.
Ae. 8. Flos veterum virtusque virûm, spes altera Romæ. Ae.12.
Ae.11. O decus Italiæ, spes, & solatia nostræ, Ae. 8.
Ge. 1. Ingredere augurio, votis, pede, diue, secundo. Ae.10.
Ae.12. Talibus occurrit: plausu, fremituque secundo Ae. 5.
Ae. 6. Hunc circùm innumeræ gentes, populique sequuntur. Ae.10.
Vrban.VIII. Ae. 4. Hunc etiam Interpres diuûm Rex ipse Latinus Ae. 9.
Ae. 6. Suscipit. ille genu amplexans, genibusq. volutans, Ae. 2.
Ae. 5. Muneribus magnis, cumulato ac cedit honori. Ae. 3.
Ae.11. ID. Præsidium Ausoniæ, curæ, casusque leuamen, Ae. 3.
Ec. 5. Quæ tibi, quæ tali reddet pro munere dona Ae. 5.
Grati animi dederat monumentum, & pignus amoris:
Ludouicus XIII Rex Frācorum. *Iam verè Alcides nostri Rex inclytus æui,*
Et veteri Alcide maior; Borbonius Hydram
Tollentemque minas tot iam labentibus annis
Gallorum in populis, horrendaque colla tumentem,
Ignibus, & ferro prostrauerat; atque Rupellæ,
Montis & Albani, Caluinica corda, rebelles
Noctes, atque dies varia obsidione premebat:
Carolus Magnæ Britāniæ Priceps. *Anglicus & Princeps, satus alto à sanguine regum*
Carolus Austriaci regis sibi ritè sororem
Connubio sponsam stabili iam lætus habebat:

Et

Et iam quæ quondam tenebris obsepta profundis,
Atque absorpta auidis horrendi faucibus Orci,
Mortua, more nouo, Vallis Tellina, resurgens
Viua aliam in vitam, & fata in meliora renata
Romani sub signa Patris se læta ferebat
Ad delubra deûm prisco donata nitori:
Cum scelerum hortator, Stygijs qui præsidet vmbris,
Atque idem humano generi infestissimus hostis,
Circumiens, rapido & quærens quem deuoret ore,
Christiadûm ardentes oculos ad mœnia torsit.
Quos vbi certatim diuersis partibus Orbis
Hæreseôn portentosas euertere pestes
Aspexit, subita exarsit teterrimus ira;
Saucius ac veluti impellens mugitibus auras
Taurus, crudelem vomuit de corde dolorem;
Talibus inde modis ora indignantia soluit:
Heu genus inuisum, & fatis contraria nostris
Christicolûm fata alta Ducum! num occumbere campis
Gallorum potuere? capi num gente Bohema?
Ipsi per medias acies, mediosque per ignes,
Inuenere viam? diuisos orbe Britannos
Coniunxere sibi? quæ me tot lustra, tot annos
Agnouit Vallis, diuis illudere sueta,
Posthabet, & priscos mores, ritusque recepit?
Quid Batauus, quid Berna mihi, quid Rhætica tellus
Profuit?

Profuit? optatos agit inclyta Roma triumphos,
Tentatura aditus in me, excidiumque meorum,
Et iunctura suis totum sibi legibus orbem.
Rex Mahometigenûm, sine me rex roboris expers,
Suffultus nostris opibus gerit acria bella,
Aere cauo & rapidum iaculatus nauibus ignem
Christigenûm classesne exurere, fortia castra
Diruere, atque ipsos potuit submergere ponto?
Aequora & Ausonidûm Lunato milite classis
Vulgò, Galere di B.serta. *Iam toties potuitne Vticensis verrere, & amplas*
Africa vi raptas ad littora vertere prædas?
Ast ego, qui quondam manibus rescindere cælum
Aggressus, superisque Deum detrudere regnis,
Bella gero nequicquam vna cum gente tot annos?
Præsule ab annoso regnante ad mœnia Romæ
Vincor, & alta ruunt gentis cunabula nostræ.
Quòd mihi si infractæ torpent in prælia vires,
O, quos Empyrei quondam de parte serena
Præcipitans traxi tenebrosa in Tartara mecum,
Ferte citi ferrum, & regi succurrite vestro.
Hæc vbi dicta dedit, subitò tremere omnia circum,
Et mugire solum, vasto quòd plurima biatu
Horrida monstra Erebi superas eructat ad auras.
Sic postquam horrificis immugijt Aetna cauernis
Eructat scopulos, auulsaque viscera montis,

Flam-

Flammarumque globos , liquefactaque saxa sub auras.
Continuò apparent varia, & fœdissima visu
Monstra per aerios passim volitantia tractus,
Pube tenus facies hominum. Discordia praeceps,
Gorgoneos vittis crines innexa cruentis;
Vipereum Alecto seruans in pectore virus;
Pallida Tisiphone diro succincta flagello;
Ponè sequens geminas scelerata Megæra sorores.
Perfidia hîc manibus serpentes subdola portans;
Gorgones, Harpyiæ, flammis instructa Chimæra,
Centauri, Sphinges, Hydræ, Scyllæque triformes.
Multaque præterea variarum monstra ferarum
Conueniunt, regemque ferum nullo ordine cingunt.
Tum rex horrisono Phlegetontius ore locutus:
Tartarei proceres, fati quos sorte suprema
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in cæli regionibus vsi.
Stant belli causæ: terrarum maximus orbis
Romuleus Pastor, studiorum Felsina mater
Quem genuit, dulcesque in luminis edidit oras,
Nos contra instructas acies in prælia cogit,
Addit equos, additque duces; atque arte magistra
Dogmata Caluini nostri, nostrique Lutheri
Conuellit, penitusque studet dispergere in auras.
Ergo omnes, ne noster honos, infractaue cedat

Fama

Fama loco, vnanimes inimica in castra ruamus.
Gallus, & Ausonius, Germanus, Iberus, & Anglus
Nostro orbis ferro, facibus miscendus, & astu.
Vix ea fatus erat, Stygio perculsa furore
Nigra cohors regis mandata facessere pergunt.
Ac velut Aeolij tenebroso carcere montis
Emissi Boreas, Notus, Africus, Eurus, & Auster
Quà data porta ruunt, tempestatumque secuti
Imperium regis, violento turbine tandem
Miscent & maria, & terras, cælumque profundum.
Non secus Eumenidum iussam agmina sæua ferarum
Corripuere viam, Christi de nomine dictum
Deiectura pium genus, excidioque datura.
Væ quibus in terris steterint! quas orbis ad oras
Vertentur! quantasque trahent secum illa ruinas!
Germanas ergo Alecto petit effera terras,
Præcipiti delata Noto, tectumque nefandum
Ingreditur furibunda, feri quo fortè Lutheri
Turba ministrorum stabat, tristisque dolebat
Fœda Palatini regnis data terga Bohemis,
Fracta cruentatum reuolutaque sceptra per Albim,
Boiugenûmque Ducis partum immortale trophæum.
Continuò toruam faciem, & furialia membra
Exuit Alecto, & vultus velata verendos
Induit, alba pedes vestis descendit ad imos,

Maximiliani Bauarorum Ducis.

Librum

ibrum læua tenet, Crucis altera amabile Lignum.
elligio fit sancta Dei, diuûmque: ministris
ixonicæ & diris Hydræ lacrymansque, gemensque
ifida ante oculos his se cum vocibus offert:
Ieu quæ nunc tellus, eheu quæ me æquora possunt
xcipere! aut quid iam miseræ mihi denique restat!
ui neque apud cæcam Romano nomine gentem
nfandum) locus est, Germani atque insuper ipsi,
inguine defensam qui me tot lustra dedere,
Nunc adeò infensi pœnas cum sanguine poscunt.
m pia Relligio, cælo gratissima, Christus
eterno Genitore satus quam pectore toto
Dans quondam claues Petro mandauit habendam;
Quam veteres coluere patres; fœdamque decori
Restituit prisco Islebia de gente Lutherus.
lla ego iam centum hîc totos accepta per annos,
Heu nunc extorris, canibusque inuisa Latinis,
Germanoque solo, desertas quærere terras
Cogar, & in syluis agitare ignobilis æuum?
Et poterunt ignominiam, plagasque ministri
Has perferre mei? sedeant, spectentque parentis
Exilium miseræ nati, exitiumque nefandum?
Felix, heu nimium felix, si regia regni
Dextra Palatini tenuisset sceptra Bohemi.
Nec plura Alecto his (penitus nam in viscera lapsum

Cocyti furiale malum cognouit) & auras
In tenues procul ex oculis euanuit. Ergo
Idem omnes simul ardor agit defendere matrem.
Nunc hos, nunc illos adeunt, totamque pererrant
Teutoniam, dictis populos hortantur in hostes,
Subijciunt acres stimulos, sub pectore versant
Mille nocendi artes, dictisque haud mollibus iras.
At parte ex alia regi parere parata
Tisiphone inferni sese transformat honestos
Virginis in vultus, tunicaque induitur artus
Cærulea, contexta oculis, atque auribus aureis;
Insignem galeam, loricamque ære rigentem
Philobasileia vulgo, Ragion di stato. *Induit, atque ensem collo suspendit eburnum.*
Et Philo fit Basileia, ducum, regumque potestas:
Alberstatensium intruso Episcopo. *Brunsuigæque Duci iuueni, cui nomen ab vrbe*
Theugaro, patria secreta in sede moranti
Continuò stetit ante oculos: debinc talibus infit:
Bello armatur atrox totis Germania campis,
Arma volunt, poscuntque duces, fremit arma iuuentus:
Fœderis infensi Augusto, Bauaroque superbo,
Relligio nostra cadat, patrijque penates
Hoste ruant, vrbes, disiectis oppida muris;
Et tu, tu Fidei, Princeps, defensor auitæ,
Nate atauûm, & proauûm claro de sanguine Princeps,
Et Martis decus eximium, tranquilla sine armis

Ocia

Ocia solus agis patria securus in æde?
Quis sopor, aut qui tristis habet tua membra veternus?
Surge age, tela manu fortis cape; Fœdus amicum,
Relligio te nostra ducem, vltoremque reposcit:
Sat Bauaro vicisse datum, tibi corruet hostis,
Haud ignota loquor, monet hæc Deus æthere ab alto.
Vix hæc ediderat, volucres abscessit in auras.
Ille autem paulum confusus imagine rerum
Obstupuit, tacito obtutu stetit. æstuat ingens
Imo in corde pudor, succedit & ira pudori,
Arma furens fremit, arma dari sibi postulat amens.
Sæuit in absentes, & cælum territat armis,
Romulidûmque aras obscura haud voce minatur
Deiecturum omnes, seque igni templa daturum.
Cingitur ipse fremens in prælia Martis iniqui,
Dein coniuratos Romanam excindere gentem
Sollicitatque Duces, verbisque potentibus ignem Fredericũ Saxonũ. & Gulielmum Vinmarensium Duces.
Seminat, inceditque animos, & ad æthera clamat:
Non pugnare nefas culta pro lege Lutheri.
Hæc dum Teutonidûm audaci peraguntur in orbe,
Perfidia infernis properans armata colubris,
Ocyor, & flamma, atque Euros æquante sagitta,
Euolat in Gallos Stygiæ non immemor artis:
Inclusos muris, hostilique aggere septos
Montis ad Albani præruptas vndique turres

Aggreditur primùm; mox celsa ad tecta Rupellæ
Accedit, Fidei & ficta sub imagine sacræ,
His animos tollit dictis, atque incitat iras:
Maxima res effecta, uiri, mea maxima cura;
Hactenus ostensum quàm forti pectore, & armis.
Viribus imparibus toties regemque superbum,
Armatosque duces, stetimus tela omnia contra:
Quin vrbe egressi cincti fulgentibus armis
Hostiles toties miserandos cædis aceruos,
Quam nostræ fecere manus, fataliaque arma,
Vidimus, vndantes spumanti & sanguine riuos.
Nos eadem fortuna manet, timor omnis abesto.
Nunc etiam totis certandum viribus, armis.
Exigui numero, fateor, sed viuida virtus
Stat bella nobis multos spectata per annos.
Ipsi hostes sonitumque pedum, vocemque tremiscunt
Nostrorum: in gladios pro libertate ruamus,
Pro dulci patria, caris pro legibus, ipso
Proque Deo, pulcrumque mori succurrat in armis.
Per varios mundi casus, vitæque labores,
Imus in Empyreum, sedes vbi facta quietas
Inclyta habent; illic meritæ stant præmia palmæ.
Ergo obsistamus: pugnemus comminus, atque
Eminus arte, animis, ferro: dij cetera curent:
Dixit, & in liquidas fugit ceu fumus in auras.

His animi incensi dictis, atque addita virtus.
Omnibus idem animus vel limine mortis in ipso
Hostibus obniti, & patrios defendere muros.
Nec minus in Rhætos scissa Discordia veste
Bacchatur demens: ingenti percita monstro
Per medias vrbes agitur, populosque feroces.
Infernam inspirat mentem. pars fœdera rumpi
Insubrum cum rege petit socialia; Vallis
Tellinæ imperij & reddi sibi poscit honorem;
Bellaque prædicit si reddere velle negarit.
Ast alij, vt pelagi rupes immota, resistunt,
Tristia non audent tentare pericula belli.
Scinditur inualidum studia in contraria vulgus.
At veluti saxum, quod vertice montis ab alto
Præcipitans vento auulsum, frondentia secum
Virgulta inuoluit, cedentia pondere magno:
Haud aliter Rhætûm primi, quibus ampla potestas,
Præcipites tandem ducunt in vota minores.
Deligiturque Comes Mansfeldius acer in armis
Ductor, qui æratas acies in prælia ducat,
Bella gerat, rapiatque inimico à milite Vallem.
Tempore non alio est furijs vexata Megæræ
Anglia clara opibus, felicisque vbere glebæ.
Hæc speculata diem, quo tota ex vrbe Senatus
Consilium certis regni de rebus habere

Debebant

Debebant sine rege; senis (quem ignota tenebat
Febris anhela domi) faciem, vultumque repente
Fallit, & absentis sedem pratoria ad alta
Occupat: illa manu mulcens ad pectora barbam
In medium promit qua sit sententia menti.
Caroli Britanniæ Principis. *Fortè renarratum Infantis sociale Britanni*
Connubium Austriaca cum Principe regis Iberi
Germana: varius turbata per ora cucurrit.
Tum fremor: vt quondam syluis immurmurat Auster:
Torridus vt clausis feruet fornacibus ignis:
Vt mare naufragum stridet refluentibus vndis.
Infera consultrix tempus mox nacta nocendi
Insidijs Erebi, tristis de sede Megæra
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras:
Ergone perpetuo sociatur fœdere lecti
Maria Austriaca. *Egregio Anglorum Infanti virgo aduena? Ibera?*
Austriadûm de stirpe virûm? quam nostra refellit
Relligio? ô miseri, quæ tanta insania, ciues?
Non habet innuptas Scotum, regnumque Britannum,
Egregias forma iuuenes, opibusque superbas,
Virtute insignes, regali sanguine cretas?
Nunquid Iberus erit deuinctus amore Britanni?
Anglicus Austriaco reuirescet sanguine sanguis,
Austriaco si Anglus torrescit sanguine sanguis?
Atque Palatini cladem quis nesciat atram,

Quem

Quem sibi iam egregium miro rex noster amore
Adsciuit generum? ante oculos sunt omnia nostros,
Quæcunque Austriaco immeritus sub Cæsare passus.
Sed stabili vnus amor coniungat fœdere amantes
(Esto) & connubijs felicibus Austria virgo
Infantem faciat sperata prole parentem:
Relligio quo nostra loco? veneranda potestas
Regni? libertas, fuluo pretiosior auro?
Cuncta ruent; notum quid regia fœmina possit,
Et dilecta viro. Romanis legibus Anglus
Hispano ab rege inuisis flectetur habenis,
Nosque Fidem amissa dominis parere superbis Fidem Catholicam.
Cogemur, patrijs vel pulsi finibus omnes
Diuersa exilia, & desertas quærere sedes.
Tantæ molis erit Romanum inducere morem.
Talibus incensa est procerum sententia dictis
Iam magis, atque magis: serpitque per atria murmur.
Egressi magnis implent terroribus vrbem.
Heroes primi regis de gente Britanni,
Qui sibi iam pacem, regni rebusque salutem
Optabant, nunc bella mouent, omnesque precantur
Infectum thalami fœdus: hic vndique magnus
Dissensu vario se tollit ad æthera clamor.
Non secus ac viridi in luco cum forte volucres
Consedere vagæ, sinuosoue amne Caystri

Dant

bi arctissima sanguinis necessitudine coniunctus ad supremum istud cælo proximum honoris fastigium euectus vbique prædicatur, pro ingenij mei tenuitate delibatum. Argumentum hoc sit meæ erga sanctiss. hunc militantis Ecclesiæ Rectorem, tuamque Amplitudinem propensæ voluntatis, & obseruantiæ, Cardinalis Illustrissime. Tu verò, si quemadmodum veterem Patrui tui dignitatem & virtutibus eximijs, & purpuræ splendore imitaris; ita eiusdem, qui cum MAPHÆVS Cardinalis Barberinus appellaretur, genus hoc scriptionum mearum hilari oculo legit, ac suis iudicijs probauit, optimam mentem, vt augurari libet, æmulari, & quidquid in hac carta, erga Amplissimam familiam vestram reuerentiæ apparuerit, intueri volueris; Deum immortalem, in quanto me felicitatis gradu constitueris! Sic tuam Amplitudinem, Cardinalis Inclyte, Diuina Maiestas quotidie ampliorem esse, Patruumque tuum ita suæ gratiæ præsidio tegere, ac tueri velit, vt post grauissimas Pastoralis officij molestias, vnà cum commisso sibi ouili, ad cælestia pascua in omnem æternitatem perfruenda transducat. Vale. Placentiæ VIII. Idus Nouemb. M D C XXIII.

S. R. E.

TRIVMPHVS

AB

VRBANO VIII.

P. O. M.

ACTVS,

FRANCISCO

CARDINALI

BARBERINO

D. D. D.

RELLIGIO *quos sancta tulit Romana triumphos,*
Pontificum ritu cum sacra ad limina Petri
VRBANVS *sceptrũ* OCTAVVS, *regnique Coronam*
Suscepit, gracili est animus modulante Thalia
Ludere. multum illa & terris iactata, marique:
Multa quoque & passa est magno spoliata Magistro.
Obfuit huic horrens frustra Cocytus, & omnis

Hære-

Hæreticum iurata manus; nanque optimus illi
Affuit Omnipotens, duxitque per omnia tutam.
Musa, mihi causas memora, quibus excita monstris,
Quidue fremens inferna domus sanctam, atque verendam
Romanam Christi sponsam tot adire labores
Impulerit. tanti Stygijs sunt hostibus ausus?
Maxime tuque ades ô sacri pars prima triumphi,
VRBANE, *interpres diuûm, caput Vrbis, & Orbis;*
Tu, quem Parnassi deserta per ardua dulcis
Iampridem raptauit amor, mihi Delius esto
Phœbus, & inceptos vnà decurre labores.
Ferdinandus II. Romanorũ Imp. *Austriacus iam Cæsar ouans Fernandus opima,*
Fatiferis Boiorum armis, ex hoste trophæa
Rapta Palatino diuûm suspendere ad aras
Grati animi dederat monumentum, & pignus amoris:
Ludouicus XIII Rex Frãcorum, *Iam verè Alcides nostri Rex inclytus æui,*
Et veteri Alcide maior; Borbonius Hydram
Tollentemque minas tot iam labentibus annis
Gallorum in populis, horrendaque colla tumentem,
Ignibus, & ferro prostrauerat; atque Rupellæ,
Montis & Albani, Caluinica corda, rebelles
Noctes, atque dies varia obsidione premebat:
Carolus Magnæ Britãniæ Priceps. *Anglicus & Princeps, satus alto à sanguine regum*
Carolus Austriaci regis sibi ritè sororem
Connubio sponsam stabili iam lætus habebat:

Et

Et iam quæ quondam tenebris obſepta profundis,
Atque abſorpta auidis horrendi faucibus Orci,
Mortua, more nouo, Vallis Tellina, reſurgens
Viua aliam in vitam, & fata in meliora renata
Romani ſub ſigna Patris ſe læta ferebat
Ad delubra deûm priſco donata nitori:
Cum ſcelerum hortator, Stygijs qui præſidet vmbris,
Atque idem humano generi infeſtiſſimus hoſtis,
Circumiens, rapido & quærens quem deuoret ore,
Chriſtiadûm ardentes oculos ad mœnia torſit.
Quos vbi certatim diuerſis partibus Orbis
Hæreſeôn portentoſas euertere peſtes
Aſpexit, ſubita exarſit teterrimus ira;
Saucius ac veluti impellens mugitibus auras
Taurus, crudelem vomuit de corde dolorem;
Talibus inde modis ora indignantia ſoluit:
Heu genus inuiſum, & fatis contraria noſtris
Chriſticolûm fata alta Ducum! num occumbere campis
Gallorum potuere? capi num gente Bohema?
Ipſi per medias acies, mediosque per ignes,
Inuenere viam? diuiſos orbe Britannos
Coniunxere ſibi? quæ me tot luſtra, tot annos
Agnouit Vallis, diuis illudere ſueta,
Poſthabet, & priſcos mores, rituſque recepit?
Quid Batauus, quid Berna mihi, quid Rhætica tellus

Profuit?

Profuit? optatos agit inclyta Roma triumphos,
Tentatura aditus in me, excidiumque meorum,
Et iunctura suis totum sibi legibus orbem.
Rex Mahometigenûm, sine me rex roboris expers,
Suffultus nostris opibus gerit acria bella,
Aere cauo & rapidum iaculatus nauibus ignem
Christigenûm classesne exurere, fortia castra
Diruere, atque ipsos potuit submergere ponto?
Aequora & Ausonidûm Lunato milite classis
Vulgò, Galere di B.serta. *Iam toties potuitne Vticensis verrere, & amplas*
Africa vi raptas ad littora vertere prædas?
Ast ego, qui quondam manibus rescindere cælum
Aggressus, superisque Deum detrudere regnis,
Bella gero nequicquam vna cum gente tot annos?
Præsule ab amoso regnante ad mœnia Romæ
Vincor, & alta ruunt gentis cunabula nostræ.
Quòd mihi si infractæ torpent in prælia vires,
O, quos Empyrei quondam de parte serena
Præcipitans traxi tenebrosa in Tartara mecum,
Ferte citi ferrum, & regi succurrite vestro.
Hæc vbi dicta dedit, subitò tremere omnia circum,
Et mugire solum, vasto quod plurima hiatu
Horrida monstra Erebi superas eructat ad auras.
Sic postquam horrificis immugijt Aetna cauernis
Eructat scopulos, auulsaque viscera montis,
Flam-

Flammarumque globos, liquefactaque saxa sub auras.
Continuò apparent varia, & fœdissima visu
Monstra per aerios passim volitantia tractus,
Pube tenus facies hominum. Discordia præceps,
Gorgoneos vittis crines innexa cruentis;
Vipereum Alecto seruans in pectore virus;
Pallida Tisiphone diro succincta flagello;
Pone sequens geminas scelerata Megæra sorores.
Perfidia hîc manibus serpentes subdola portans;
Gorgones, Harpyiæ, flammis instructa Chimæra,
Centauri, Sphinges, Hydræ, Scyllæque triformes.
Multaque præterea variarum monstra ferarum
Conueniunt, regemque ferum nullo ordine cingunt.
Tum rex horrisono Phlegetontius ore locutus:
Tartarei proceres, fati quos sorte suprema
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in cæli regionibus vsi.
Stant belli causæ: terrarum maximus orbis
Romuleus Pastor, studiorum Felsina mater
Quem genuit, dulcesque in luminis edidit oras,
Nos contra instructas acies in prælia cogit,
Addit equos, additque duces; atque arte magistra
Dogmata Caluini nostri, nostrique Lutheri
Conuellit, penitusque studet dispergere in auras.
Ergo omnes, ne noster honos, infractaue cedat

Fama

Fama loco, vnanimes inimica in castra ruamus.
Gallus, & Ausonius, Germanus, Iberus, & Anglus
Nostro orbis ferro, facibus miscendus, & astu.
Vix ea fatus erat, Stygio perculsa furore
Nigra cohors regis mandata facessere pergunt.
Ac velut Aeolij tenebroso carcere montis
Emissi Boreas, Notus, Africus, Eurus, & Auster
Quà data porta ruunt, tempestatumque secuti
Imperium regis, violento turbine tandem
Miscent & maria, & terras, cælumque profundum.
Non secus Eumenidum iussam agmina sæua ferarum
Corripuere viam, Christi de nomine dictum
Deiectura pium genus, excidioque datura.
Væ quibus in terris steterint! quas orbis ad oras
Vertentur! quantasque trahent secum illa ruinas!
Germanas ergo Alecto petit effera terras,
Præcipiti delata Noto, tectumque nefandum
Ingreditur furibunda, feri quo fortè Lutheri
Turba ministrorum stabat, tristisque dolebat
Fœda Palatini regnis data terga Bohemis,
Fracta cruentatum reuolutaque sceptra per Albim,
Maximiliani Bauarorum Ducis. *Boiugenûmque Ducis partum immortale trophæum.*
Continuò toruam faciem, & furialia membra
Exuit Alecto, & vultus velata verendos
Induit, alba pedes vestis descendit ad imos,

Librum

Librum læua tenet, Crucis altera amabile Lignum.
Relligio fit sancta Dei, diuûmque ministris
Saxonicæ & diris Hydræ lacrymansque, gemensque
Infida ante oculos his se cum vocibus offert:
Heu quæ nunc tellus, eheu quæ me æquora possunt
Excipere! aut quid iam miseræ mihi denique restat!
Cui neque apud cæcam Romano nomine gentem
(Infandum) locus est, Germani atque insuper ipsi,
Sanguine defensam qui me tot lustra dedere,
Nunc adeò infensi pœnas cum sanguine poscunt.
Sum pia Relligio, cælo gratissima, Christus
Aeterno Genitore satus quam pectore toto
Dans quondam claues Petro mandauit habendam;
Quam veteres coluere patres; fœdamque decori
Restituit prisco Islebia de gente Lutherus.
Illa ego iam centum hîc totos accepta per annos,
Heu nunc extorris, canibusque inuisa Latinis,
Germanoque solo, desertas quærere terras
Cogar, & in syluis agitare ignobilis æuum?
Et poterunt ignominiam, plagasque ministri
Has perferre mei? sedeant, spectentque parentis
Exilium miseræ nati, exitiumque nefandum?
Felix, heu nimium felix, si regia regni
Dextra Palatini tenuisset sceptra Bohemi.
Nec plura Alecto his (penitus nam in viscera lapsum

(Cocyti furiale malum cognouit) & auras
In tenues procul ex oculis euanuit. Ergo
Idem omnes simul ardor agit defendere matrem.
Nunc hos, nunc illos adeunt, totamque pererrant
Teutoniam, dictis populos hortantur in hostes,
Subijciunt acres stimulos, sub pectore versant
Mille nocendi artes, dictisque haud mollibus iras.
At parte ex alia regi parere parata
Tisiphone inferno sese transformat honestos
Virginis in vultus, tunicaque inducitur artus
Cærulea, contexta oculis, atque auribus aureis;
Insignem galeam, loricamque ære rigentem
Philobasileia vulgo, Ragion di stato. *Induit, atque ensem collo suspendit eburnum.*
Et Philo fit Basileia, ducum, regumque potestas:
Alberstatensium intruso Episcopo. *Brunsuigæque Duci iuueni, cui nomen ab vrbe*
Pheugaro, patria secreta in sede moranti
Continuò stetit ante oculos: dehinc talibus infit:
Bello armatur atrox totis Germania campis,
Arma volunt, poscuntque duces, fremit arma iuuentus:
Fœderis infensi Augusto, Bauaroque superbo,
Relligio nostra cadat, patrijque penates
Hoste ruant, vrbes, disiectis oppida muris;
Et tu, tu Fidei, Princeps, defensor auitæ,
Nate atauûm, & proauûm claro de sanguine Princeps,
Et Martis decus eximium, tranquilla sine armis

Ocia

Ocia solus agis patria securus in æde?
Quis sopor, aut qui tristis habet tua membra veternus?
Surge age, tela manu fortis cape; Fœdus amicum,
Relligio te nostra ducem, vltoremque reposcit:
Sat Bauaro vicisse datum, tibi corruet hostis,
Haud ignota loquor, monet hæc Deus æthere ab alto.
Vix hæc ediderat, volucres abscessit in auras.
Ille autem paulùm confusus imagine rerum
Obstupuit, tacito obtutu stetit. æstuat ingens
Imo in corde pudor, succedit & ira pudori,
Arma furens fremit, arma dari sibi postulat amens.
Sæuit in absentes, & cælum territat armis,
Romulidùmque aras obscura haud voce minatur
Deiecturum omnes, seque igni templa daturum.
Cingitur ipse fremens in prælia Martis iniqui,
Dein coniuratos Romanam excindere gentem
Sollicitatque Duces, verbisque potentibus ignem Federicū Saxonū. & Gulielmum Vinmarensium Duces.
Seminat, inceditque animos, & ad æthera clamat:
Non pugnare nefas culta pro lege Lutheri:
Hæc dum Teutonidûm audaci peraguntur in orbe,
Perfidia infernis properans armata colubris,
Ocyor, & flamma, atque Euros æquante sagitta,
Euolat in Gallos Stygiæ non immemor artis:
Inclusos muris, hostilique aggere septos
Montis ad Albani præruptas vndique turres

 Aggre-

Aggreditur primùm; mox celsa ad tecta Rupellæ
Accedit, Fidei & ficta sub imagine sacræ,
His animos tollit dictis, atque incitat iras:
Maxima res effecta, uiri, mea maxima cura;
Hactenus ostensum quàm forti pectore, & armis.
Viribus imparibus toties regemque superbum,
Armatosque duces, stetimus tela omnia contra:
Quin vrbe egressi cincti fulgentibus armis
Hostiles toties miserandos cædis aceruos,
Quam nostræ fecere manus, fataliaque arma,
Vidimus, vndantes spumanti & sanguine riuos.
Nos eadem fortuna manet, timor omnis abesto.
Nunc etiam totis certandum viribus, armis.
Exigui numero, fateor, sed viuida virtus
Stat bella nobis multos spectata per annos.
Ipsi hostes sonitumque pedum, vocemque tremiscunt
Nostrorum: in gladios pro libertate ruamus,
Pro dulci patria, caris pro legibus, ipso
Proque Deo, pulcrumque mori succurrat in armis.
Per varios mundi casus, vitæque labores,
Imus in Empyreum, sedes vbi facta quietas
Inclyta habent; illic meritæ stant præmia palmæ.
Ergo obsistamus: pugnemus comminus, atque
Eminus arte, animis, ferro: dij cetera curent.
Dixit, & in liquidas fugit ceu fumus in auras.

S His

His animi incensi dictis, atque addita virtus.
Omnibus idem animus vel limine mortis in ipso
Hostibus obniti, & patrios defendere muros.
Nec minus in Rhætos scissa Discordia veste
Bacchatur demens: ingenti percita monstro
Per medias vrbes agitur, populosque feroces.
Infernam inspirat mentem. pars fœdera rumpi
Insubrum cum rege petit socialia, Vallis
Tellinæ imperij & reddi sibi poscit honorem;
Bellaque prædicit si reddere velle negarit.
Ast alij, vt pelagi rupes immota, resistunt,
Tristia non audent tentare pericula belli.
Scinditur inualidum studia in contraria vulgus.
At veluti saxum, quod vertice montis ab alto
Præcipitans vento auulsum, frondentia secum
Virgulta inuoluit, cedentia pondere magno:
Haud aliter Rhætûm primi, quibus ampla potestas,
Præcipites tandem ducunt in vota minores.
Deligiturque Comes Mansfeldius acer in armis
Ductor, qui æratas acies in prælia ducat,
Bella gerat, rapiatque inimico à milite Vallem.
Tempore non alio est furijs vexata Megæræ
Anglia clara opibus, felicisque vbere glebæ.
Hæc speculata diem, quo tota ex vrbe Senatus
Consilium certis regni de rebus habere

Debebant

Debebant sine rege; senis (quem ignota tenebat
Febris anhela domi) faciem, vultumque repente
Fallit, & absentis sedem pratoria ad alta
Occupat: illa manu mulcens ad pectora barbam
In medium promit quæ sit sententia menti.
Caroli Britanniæ Principis. *Forte renarratum Infantis sociale Britanni*
Connubium Austriaca cum Principe regis Iberi
Germana: varius turbata per ora cucurrit
Tum fremor: vt quondam syluis immurmurat Auster:
Torridus vt clausis feruet fornacibus ignis:
Vt mare naufragum stridet refluentibus vndis.
Infera consultrix tempus mox nacta nocendi
Insidijs Erebi, tristis de sede Megæra
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras:
Ergone perpetuo sociatur fœdere lecti
Maria Austriaca. *Egregio Anglorum Infanti virgo aduena? Ibera?*
Austriadûm de stirpe virûm? quam nostra refellit
Relligio? ô miseri, quæ tanta insania, ciues?
Non habet innuptas Scotum, regnumque Britannum,
Egregias forma iuuenes, opibusque superbas,
Virtute insignes, regali sanguine cretas?
Nunquid Iberus erit deuinctus amore Britanni?
Anglicus Austriaco reuirescet sanguine sanguis,
Austriaco si Anglus torrescit sanguine sanguis?
Atque Palatini cladem quis nesciat atram,

Quem

Quem ſibi iam egregium miro rex noſter amore
Adſciuit generum? ante oculos ſunt omnia noſtros,
Quæcunque Auſtriaco immeritus ſub Cæſare paſſus.
Sed ſtabili vnus amor coniungat fœdere amantes
(Eſto) & connubijs felicibus Auſtria virgo
Infantem faciat ſperata prole parentem:
Relligio quo noſtra loco? veneranda poteſtas
Regni? libertas, fuluo pretioſior auro?
Cuncta ruent; notum quid regia femina poſſit,
Et dilecta viro. Romanis legibus Anglus
Hiſpano ab rege inuiſis flectetur habenis;
Noſque Fide amiſſa dominis parere ſuperbis
Cogemur, patrijs vel pulſi finibus omnes
Diuerſa exilia, & deſertas quærere ſedes.
Tantæ molis erit Romanum inducere morem. **Fidem Catholicam.**
Talibus incenſa eſt procerum ſententia dictis
Iam magis, atque magis: ſerpitque per atria murmur.
Egreſſi magnis implent terroribus vrbem.
Heroes primi regis de gente Britanni,
Qui ſibi iam pacem, regni rebuſque ſalutem
Optabant, nunc bella mouent, omneſque precantur
Infectum thalami fœdus: hic vndique magnus
Diſſenſu vario ſe tollit ad æthera clamor.
Non ſecus ac viridi in luco cum forte volucres
Conſedere vagæ, ſinuoſoue amne Caystri

Dant

Dant sonitum niuei per stagna liquentia cycni.
Inque flagellatam non te, Tartessia tellus;
Flammiuomæ linquit rabies insana Chimæræ.
In medias dat sese vrbes furialis Erynnis,
Rumoresque serit meditans quo funere perdat
Hesperiam totam: manet alta mente repostum
Maurorum exilium, caræque miserrima gentis
Excidia, hostilique relicti in gente penates.
Tendit iter primùm Matriti ad tecta Chimæra,
(Austriadûm hoc natale solum, diuesque Philippi
Regia) nutricis mox sese vertit aniles
Mariæ: *Austriacæ in vultus Sponsæ, defessaque membra.*
Et tandem solito nutricum more hymenæis
Multa super lacrymans externis ore locuta est:
Extremisne datur Princeps ducenda Britannis,
Matritum? nec te miseret natæque, tuique?
Sed nec nutricis, quam primo Aquilone relinquet
Anglicus, alta petens, abducta virgine, Princeps?
Nec subeunt animo falsi periuria regis
Henrici VIII. Regis Anglorum, *Angligenûm Henrici, spretæque iniuria tedæ?*
Annon posthabuit Catharinæ Principis almæ
Perfidus ille dolis instructus, & arte Britanna,
Coniugium Austriacæ, Bolenæ & nupsit amicæ?
Nostra ergo aspiciet non concessos hymenæos
Princeps, aut Anglis seruitum matribus ibit?

Morte

Morte tua felix nimium castissima mater,
Margaris, ò felix, neque in hunc seruata dolorem.
Longa mihi at contra mansit pars vltima vitæ,
Vt natæ infandum exitium, mortemque viderem.
Postquam visa satis Stygio infecisse veneno
Matriti gentem, variosque acuisse furores:
Maius adorta nefas properans aduentat ad vrbem
Hispalis, insignem pietate, opibusque superbam:
Os, humeros, vestes templi mentita ministri,
Sacra salutiferi in gentes cui spargere Christi
Dogmata iussa datum media ad delubra deorum;
Protinus hæc populi secretò fatur ad aures:
O mentes hominum ignaras, & corda tot annos
Cimmerijs immersa (nefas) tot lustra tenebris!
O semper cæcos, & claræ lucis egentes!
O scelera, ô mores tantorum causa malorum!
Ast ô quæ cælo pietas! Deus æthere nostri
Peccati oblitus tandem miseratus ab alto est.
Ipse hæc ferre iubet (terram, mare, sydera iuro)
Omnipotens Genitor: tenebris ô surgite cæcis,
Et quæ sopitas deludunt somnia mentes
Excutite, ô miseri: noua lux affulsit ab axe;
Et propior iam vestra salus, quàm creditis, instat.
Verùm etiam hæc eadem Austriaca de stirpe Philippo
Illuxit lux alma pio: regi ipse Britanno,

Margarita Austriaca Philippi III vxor.

C *Moribus*

Moribus, atque fide abiuncto, rituque sacrorum,
Germanam sponsamque dedit, propriamque dicauit.
Surgite, iamque noui spectate orientia solis
Lumina prima, nouaque expellite luce tenebras.
Quis metus, aut quæ animis torpens ignauia venit?
Dux ego vester ero: nec me labor iste grauabit:
Omnibus vna salus, vnum & commune periclum.
Ipse ego diuorum interpres (Deus ille magister
Diuinam inspirat mentem) præcepta docebo,
Queis homo stelligerum conscendere posit Olympum
Per maris, & terræ discrimina. surgat ad auras
Hæresis Illuminatorum Hispali excitata hoc ann. 1613. ILLVSTRATA *nouo gens lumine; viuat in orbe:*
Omnia peruolitet latè loca luce recenti
Sancta Cohors Lustrata virûm, laudetur, ametur.
Hæc vbi dicta Erebi monstrum exitiale profundi,
Hæreticas leges, peruersaque dogmata monstrat;
Sollicitatque nouos ritus, noua sacra per Vrbem,
(Fœda rudimenta, & nulli patefacta priorum)
Audet quin etiam priscas rescindere leges.
Illi ingens sociûm numerus iuuenesque, senesque
Vndique collecti se iungunt, Vsque parati
Iussa sequi, Vitamque noua pro lege pacisci.
Atque ea dum penitus diuersa in parte geruntur
Certatim monstris diri furialibus Orci,
Lucifer (haud is, qui cælo nitidissimus alto

Somniferæ

Somniferæ noctis pallentes discutit vmbras,
Ad virtutis opus mortalesque excitat omnes:
Sed qui de cælo tenebrosa in Tartara pulsus,
Inuentor sceleris sceleratæ ad crimina vitæ
Incitat, atque scelus non ipsa in morte remissum
Exercet pœnis sæui Phlegethontis ad vndas)
Lucifer, Angelicæ quondam caput ipse cohortis,
Irarum sæuos voluit sub pectore fluctus.
Monstrum, horrendum, informe, ingens, cui cornua fronti
Horrificæ insurgunt; tardi & gradientis aselli
Temporibus geminis aures; barba hispida mento;
Hirsutumque supercilium; faciesque ferina
Terribili squalore; oculis micat acribus ignis;
Ora vomunt flammas; squammosi colla draconis
Subduntur capiti horrifico; manus vnca; volucrum
Noctiuagarum alæ; sinuosaque cauda colubri;
Luctificum fumum vastis è naribus efflat,
Corporis at turpis Satyri sunt cetera membra.
Multa fremens animum nunc huc, nunc diuidit illuc,
In partesque rapit varias mentem impius hostis.
Sed tandem ipse Noto citius, celerique sagitta,
Hesperium ad Latium stridentibus aduolat alis.
Est vrbs in Latio, rapido quam diuidit amne
Cærulus Ausonidûm Tybris dominator aquarum,
Terrarum regina, orbis caput, æmula cæli,

Aeneadûm fabricata manu (dedit Ilia primum
Regem) diues opum, bellisque aßueta gerendis,
Septem quæ vna suis circundat mœnibus arces.
Hæc terra, pelagoque potens, quòd Marte secundo
Protulit imperium vix noto ab littore Thules
Atlantem ad Maurum; Herculeis & abusque columnis
Euphratem ad tumidum: sed nunc caput altius effert,
Cunctarum facta & rerum pulcherrima, summum
Pontificem quòd sancta tenet Capitolia ad alta,
Prisca, Quirinalis, Cælique Vicaria, ROMA.
Romuleam ergo vrbem rex infestissimus Orci,
Horrenda monstrorum Erebi stipante caterua,
Solis ad occasum aggreditur; nanque ipse serenum
Noctiuagus perferre diem nequit. Ocyor Euro
Sol ruit, Oceani & rubro lauit æquore currum.
At vos, terrificæ, & rutilo sine sydere, noctes,
Pandite, Romulidis quæ damna Acherontius hostis
Intulerit; quas insidias, & qua arte maligna
Struxerit; infandos & quos in corpora morbos
Ediderit; qua peste auras, animalia, fontes
Polluerit; meminisse ista, & memorare potestis.
Princeps ipse Orci sæuus furialibus omnem
Romulidûm latè circundat cœtibus vrbem.
Pars aditus vrbis seruat; pars turribus instat
Marmoreis; pars sacrorum fastigia scandit.

Templo-

Templorum; pars tecta volat super alta domorum;
Aetherios tractus pars occupat; horrida tandem
Cetera noctipotens legio per opaca viarum
Excubat, exercetque vices rectoris Auerni.
At rex lucifugas ductans in bella cohortes
Stare loco nescit, discurrit, & omnia lustrat.
Sed iam Solstitium Cancri sub sydere adusti,
Incumbens terris & cæli torridus axis,
Infandæ aspirant peruersi dæmonis arti.
Ardet inextinctum cælo malè lumen amicum,
Aeris & tractus corrumpit luce maligna.
Principis astrorum Solis, Martisque furentis;
Saturni, & Veneris virtus coit omnis in vnum.
Mercurij Mauors, Venerisque opponitur astro.
Sæuit in Ausoniam furiata Canicula Romam.
Iam sitiunt herbæ, terræque ardore dehiscunt:
Arescunt fontes, animalia: Martia Roma
Inque rogo tumulata suo, flammisque sepulta,
Vitam agit, anne animam? suspirat, an vltima spirat,
Infandum? in dubio res est: sed nocte silenti
Inferus ipse Canis vesana incendia Solis
Igne suo ingeminat, mortem præsensque minatur.
Vritur infelix Stygij sub sydere Cancri
Roma, peregrinos & frustra quæritat orbes;
Aegrescitque magis infernum obsessa per æstum.

Quique

Quique sibi humores nocturno tempore dulces
Arentes flores, pallentesque arbore frondes;
Quæque sibi requiem nocturnam animalia gratam
Sperabant, cuncta hæc nox expectata fefellit.
Instat vi Stygia nigri dux agminis, instat,
Et secum nocturna phalanx; nanque æthere ab alto
Sanguinei stillant rores, piceique vapores.
O quoties cælo tristes arsere cometæ,
Ignitæque trabes! quoties fatalia monstra
Visa sub obscurum noctis! per strata viarum
O quoties simulacra modis sudantia miris!
Obscænique canes, quoties audita supernis
Dira cacuminibus ferali gutture bubo
Multa queri, & longas in luctum ducere voces,
Atque orbi indignæ minitarier omina mortis.
Hæc opera, hæque artes, rabidique hi dæmonis astus,
Si quà fortè ruant Romanæ lumina Sedis,
Præsidia & præclara sacræ; ruat ipsa. malignus
Urbe furit cursu rapido, gentisque Quiritum
Terrificat mentes, languentia corpora torquet.
Somnia dira refert varia sub imagine rerum,
Atque virûm falsis simulacris pectora ludit.
Pars dulces animas linquit: pars corpora morbo
Aegra trahit: plures depascitur ignea febris:
Semianimes alios contagia dira fatigant,

Nec

Nec requies est vlla : malis medicina parata
Succumbit; cedunt artes; ceduntque Magistri.
Tu quoque post varios Vrbisque, Orbisque labores
Confectus senio, & morbis, noua gloria Rheni
Parui, terrarum, Ludouisi, maxime Pastor,
Digrederis terris, sedem & stellantis Olympi
Conscendis; patriæ, atque orbis pater! hei mihi quantum
Præsidium, Italia, & quantum, Roma inclyta, perdis!
Dum fera grassatur mors, nescia parcere cuiquam;
Nuncius ingenti per Martia tecta tumultu
Ecce ruit (sunt, dire, tua hæc, regnator Auerni,
Commenta) & falsis vrbem rumoribus implet:
Heluetios, Bernasque truces, Rhætosque furentes
Instructos acie totis descendere campis;
Vnius in miseræ (infandum) miserabile Vallis
Tellinæ exitium, populi, rerumque sacrarum.
Talia fatus erat vix primus nuncius Orci;
Hunc super adueniens in veste renunciat alter
Ignota, ingentem & Stygia fert arte tumultum:
Deletas Boiorum acies, cecidisse superbum
Tillina de gente Ducem, Comitemque ferocem
Stirpis Anhaltinæ, Bauari duo fulmina Martis:
Ingruere Augusto infensos, duce Saxone, & acri
Pheugarûm iniusto domino, belloque secundo
Diripuisse aras, & relligiosa deorum

Gregorius XV. moritur die octaua iulij.

Templa,

Templa, domos; pueros, iuuenesque necasse: senesque.
Vix è conspectu hic ierat, cum tertius Orci
Nuncius, humenti fletu, lacrymisque reportat:
Egressos hostes Albano è Monte rebelles,
Atque Rupellenses per amica silentia Lunæ
Inuasisse, trucidasse, & sparsisse per agros
Gallorum regis peditumque, equitumque cateruas:
Victricemque manum, nullo prohibente, per omnes
Insanire vias, ferro & populare penates.
Hæc vbi iactauit, quartus mox nuncius vrbi
Haud placitura refert: infecto fœdere lecti
Anglorum Infantem patris mandata secutum,
Hispanis sedes terris petijsse paternas;
Inuisum quòd connubium primoribus Anglis,
Pœniteat facti seu natum, siue parentem.
Quintus adest, dirumque nefas dein nunciat vrbi:
Millia multa hominum Matriti ad mœnia Christo
Acceptam posuisse Fidem, moremque sacrorum;
Inque dies genus hoc vicinas legibus vrbes,
Et monitis implere nouis, de vertice cæli
Illuxisse ferens sibi tot post sæcula lumen.
Talibus insidijs, infernique arte tyranni,
Credita res: turbati animi, concussaque vulgi
Pectora: diuerso complentur mœnia luctu;
Matres, atque viri sortem miserantur acerbam,

Resque

Resque hominum afflictas; diuosque in vota precantur.
Hos inter motus medio turbante tumultu
Improuisus adest Firmana missus ab vrbe
Nuncius: incomptos pollutus puluere crines,
Pallidus ora, vdis fumans sudoribus artus,
Defessos longè quos creber anhelitus vrget.
Et tandem vt fari valuit sic incipit ore:
Arma citi, ferte arma, viri; succurrite vestræ
Firmanæ, heu quondam firmæ, nunc acriter vrbi
Milite quassatæ hostili; succurrite, nanque
Hostis habet portum; Turcarum è classe biremes
Stant sale Firmano; Lunatis agmina peltis
Omnia iam latè vastant; cultoribus agri
Abductis squallent; humiles iniectus in ædes
Immissis crepitat victor Vulcanus habenis;
Flaua Ceres campis flamma stridente crematur;
Cæduntur passimque homines, armenta trahuntur
Pinguibus à stabulis; serpit crudelis vbique
Luctus, vbique timor, mortisque informis imago:
Nec prius abscedet nostris ad barbara tecta
Turca ferox, Fidei sanctæ sæuissimus hostis,
Threiciæ quàm flammæ homines, opulentaque regna
Picentum tulerint, & letifer hauserit ensis:
Dirueritque Vmbros priscos, forteque Sabinos,
Et Latium omne solo, fumarit & inclyta Roma.

Talia narrauit. perculsa mente dederunt
Romulidæ lacrymas, onerarantque ethera votis.
Ergo animis infracti homines, terroribus acti,
Aedibus in medijs septi, clausique morantur.
Sponsa Redemptoris sed sacra Ecclesia Christi,
Christiadûmque eadem semper pia mater in armis,
Horrendis turbata minis, quas fœda latronum
Colluuies mouet, atque Erebi fanatica pestis,
Multa timens, sacro quoniam est orbata Magistro,
Tristior, & lacrymis oculos suffusa decoros,
Ingemuit, talesque effudit pectore questus:
Rex hominum, superûmque, Dei certissima proles,
Sponse, meæ vires, mea magna potentia, Christe,
Qui, generis sortem humani miseratus iniquam,
Venisti tandem cœli de parte serena
Antiqui sceleris tristes sarcire ruinas;
Atque tibi addictos Erebi de sedibus imis
Atria ad alta vocas domus omnipatentis Olympi;
Pollicitus positos duro discrimine rerum
Auxilio tutos diris arcere periclis.
En tua stirps, Genitor, superas quibus annuis arces,
Errant heu miseri ventis maria omnia vecti,
Infando & diri produntur dæmonis astu.
Hæretici insultant, hostes tumidique secundo
Marte ruunt: quas insidias regnator Auerni,

Quas

Quas artes mouet, & fraudes toto orbe rebellis,
Vt mortale genus captum, infectumque venenis
Tabificis, tandem Stygias deportet ad vndas!
Ventum ad supremum est, hic ni tua cura resistat;
Perfidus amisso Romana ad templa Magistro
Vt me conspexit mœrentem, seuit in orbe
Hispano errores, turbauit fœdera regum;
Et nunc irarum causas, miscetque tumultus,
Vt rem Romanam prosternat, & omnia perdat.
Ergo qui fuesti humanis succurrere rebus,
Iuuisti & semper miserandis casibus haustos;
Progeniem ne, Christe, tuam ne despice, ab alto
Fer cælo auxilium, & da fessis surgere rebus.
Maxima quamprimum videat lucescere solem
Roma suum, implicitum tenebris qui horrentibus orbem
Soluat, & horrificas disperdat ab æthere nubes,
Vt tandem, pulso nebularum turbine, Mundus
Surgat in optatas iucundi luminis oras,
Nuper & amisso reddantur cuncta nitori.
Dexter ades Ducibus duro sub Marte Latinis, Ducibus Catholicis.
Magnanimi pergant vt me tutarier armis,
Et, quæ me circumsteterunt, defendere monstris.
Ah ne me tantis circumlatrantibus Euris
Depressam aspiciant, certentque illudere gentes.
Dixerat. Ecce autem ruere omnia visa repente

Ardua cælorum ingenti concussa fragore.
Magnus ab æthereo venit dein vertice nimbus,
Solis inardescens radijs: sponsæque decoræ
Improuisus adest, claraque in luce refulget
Omnipotens, superi Soboles certissima Regis,
Verus & aspectu patuit Deus; obtulit ipse
Qualem se socijs deuicta morte videndum.
Oscula qui postquam libauit dulcia sponsæ,
Amplexusque dedit, roseo sic incipit ore:
Cara mihi ante alias, sacrato fœdere iuncta,
Cum ligno affixus, pectus, palmasque, pedesque
Cuspide traiectus; redimitus tempora spinis
Vulnificis; fœdusque genas, in vertice montis
Infensæ Solymæ, cui dat Caluaria nomen,
Immeritus multo vitam cum sanguine fudi:
Sis felix: concessa petis: tibi, sponsa, quod optas,
Hac dabitur dextra. tristes deponere curas,
Sponsa, licet. Toto Mars sæuiat impius orbe
Progeniem nostram contra: ferus arbiter Orci,
Noctipotensque manus squallenti emißa barathro,
Vertant se mille in facies, & mille figuras;
Romanum cingant armis furialibus orbem;
Insidias moueant turpes, fraudesque malignas;
Conentur priscas leges, euertere sacra,
Discordes nostris vanosque inducere mores,

Quid tum? solue animos terrore, & pectora firma,
Sponsa: tuis nullæ insidiæ, fraudesque nocebunt.
Sermonum memor, & promissi muneris, ipse
Nusquam abero, gentique meæ auxiliaribus armis
Ipse adero: retegam fraudes, sæua agmina frangam;
Disijciam structas moles, ritusque profanos.
Nec longum in medio tempus, pulcherrima rerum
Roma suum aspiciet latè splendescere solem.
Cernitur in sacro Ostrigerûm venerandа Senatu
Lux rutilans, quam pulcra solo Florentia cælo
Edidit; antiquos ætatum ducta per annos
Mellis Apes grauidæ posuere Insignia genti.
Purpureo hunc proceres redimiti murice dicent
Pontificem summum, cæloque, soloque potentem.
Hic poterit fessis mecum succurrere rebus,
Et miserè lapsos reuocare in pristina mores.
Huius ob auspicium faustum Romana virescet
Candida Relligio longè, latèque per orbem.
Priscus honor templis reddetur, debitus aris
Iamque aderit cultus, pietas & debita diuis.
Consilia in melius referent Gallique rebelles,
Germanique truces, acresque in bella Britanni.
Parce metu dabitur veteres renouare triumphos,
Et calcata nouo succrescet gloria fastu.
Tu quoque ages currum, lectissima sponsa, subactis
Hostibus

Maphæum Cardin. Barberinum intelligit.

Hostibus, arma Patri & suspendes capta supremo:
Albertatensis. *Aspice, iam minitans sese Pheugarius hostis*
Excisurum urbem, & Capitoli immobile saxum,
Corruit, audaci & latitat vix orbe Batauo.
En sociûm pars cæsa equitum, pars territa cursu
Terga fugæ dat, ceu fumus difflatus ab Euris.
Pastor hic est, qui animos, & corda ferocia Regum
Lenibit dictis, dextrasque in fœdera iunget.
Hic vir, labentem qui verbis restituet rem.
Anagrāma. *Gemma micans, splendorque nitens, lux aurea Mundi*
Maphaeus Barberinus. Vrbis Romanae Phębus, *populique Latini*
Vrbis Romanae Phębus. *Tu Maphæus eris, magnum fidei incrementum;*
Qui tenebras abigas Phœbeæ lampadis instar,
Qui dio medeare tuæ medicamine genti.

Hæc postquam æterni Patris indubitata propago
Dixit, nubiuago perrexit ad æthera gressu.
Illa autem his sponsi mentem solata loquelis,
Poplite subsidens, duplices ad sydera palmas
Sustulit, ac cælo tendentem est voce secuta:
Sponse, decus cæli, summi sapientia Patris,
Quæ tibi, quæ tanto reddam pro munere dona?
Non opis est nostræ meritas persoluere grates.
Toto corde colam, totis te viribus ipsa,
Interea tibi laus, tibi honor sit, gloria summa.

At iam purpureos proceres Mauortis in vrbe,
Terterna

Terterna à luce exequijs de more solutis
Felsineo patri, diui ad sacraria Petri
Splendida regali luxu domus alma tenebat,
Clara, augusta, ingens, sublimibus alta columnis,
Hospitium antiquum, Romani regia patris.
Ostriferi hoc soliti heroes considere tecto
Aedibus in paruis; nulla hinc exire potestas,
Sortiti donec socijs ex omnibus vnum
Rectorem fuerint, toto qui regnet in orbe.
Quinquaginta intus stabant, & quinque sedentes
Cardinei proceres, clausi nullo ordine cellis.
Saulius hîc lampas sacrati prima Senatus:
Montius huic iuxta, nulli virtute secundus:
Maximus insequitur fragranti Sfortia flore:
Quartus adest fama insignis Farnesius heros:
Bandinus sequitur Florenti à stipite diuûm:
Hos inter magni fulget Luna aurea Deti:
Visitur ipsa Boni Facies & amabilis Alis: Beuilaqua.
Insubriae Cardo splendet Federicus, & astrum:
Emicat Andreas decus Alti, & gloria Montis:
Lux & Atestinae gentis, columenque nitescit:
Inclyta Gymnasij sapientia fertur ad astra:
Madruti hîc virtus stat magno innixa Tridenti:
Auria magnanimus, pretioso dignior auro:
Carolus Emmanuel Pius, & iustissimus idem:

Scipio

Barghe-sius. *Scipio, quo Belga, & Germanus præside gaudet:*
Maphæus, sacra redimitus tempora lauro:
Tit. SS. quattuor Coronatorum. *Et tu Diuorum insignis, Milline, Corona:*
Grande Tudertini Lantes tutamen ouilis:
Mauritus, soboles magni Ducis alta Sabaudi:
Fabricij donis Veralli haud pectora victa:
Lenius in gentes lenimen dulce laborum:
Præsul & æquoreæ Capponius ipse Rauennæ:
Caraffa hîc Decius satus alto à sanguine patrum:
Riuarola Ligur iubar ardens Nazaret almæ:
Sydereum Veteris lumen Crescentius vrbis:
Tit. S. Mariæ de Pace. *Ferrea Pax, candens argutæ & lamina Serræ:*
Hîc alij sidunt pariles virtutis honore:
Missus ab Empyreo nobis Galaminius alto:
Borgia stat Gaspar ferrugine clarus Ibera:
Centinus propria, & clarus virtute Minorum:
Magnus Vbaldinus stat priscæ laudis imago:
Omnibus apparent arcana silentia Muti:
Tressius Hispano Calatrauæ claret ab orbe:
Iulius hîc celsa genitus de stirpe Sabella:
Carolus & Medica virtute insignis Etrusca:
Melchior egregiæ Præsul, lux clara Viennæ:
Petra Quirinali stabilis Camporius vrbi:
Matthæus Venetæ gentis pars magna Priullus:
Bibliothecarius. *Scipio Mæcenas studiorum ad templa Susannæ:*

Cennini

Cennini Salamandra, Dei succensa calore:
Ferrea Bentiuoli murorum Porta Latinûm: Tit S Io. ante portam Latinam.
Consilij illustris Valerius, virtutis auitæ:
Teutoniæ lampas Zolerenus Itellius oræ:
Virginis hîc custos Laureti Roma fidelis:
Hîc Canis ille vigil Clementis Scala Cremonæ:
Aurea nectareos condens in se Ollula succos: Pignatellus.
Virtute egregia, ingenio Ludouisius acri:
Nobile præsidium Caietæ Antonius vrbis:
Stellarum in medio Sacrati corda refulgent:
Lucius hîc Sancta præcellens stirpe Seuera:
Felsineusque Bonus Socio dans gurgite Pisces: Boncompagnus Tit S. Angeli in foro pilcium.
Hippolyti Stella hîc Aldobrandina coruscat:
Gozadina Fauet parui mens enthea Rheni:
Dotibus eloquij, ingenij Rodulphius ingens:
Romanus Torres, torrens, & turris ad auras.
Ergo sacrorum iuratis ordine Bullis
Pontificum, positis Romano legibus orbi,
Corpore libato & Christi cum Sanguine sacro,
Ostriferi patres per noctem mente reuoluunt,
Plurima perque dies, animosque per omnia versant,
Multa inter sese vario sermone ferentes,
Quem Pater omnipotens Romana ad mœnia, sacræ
Præficiat cymbæ clauo, velisque regendis.
Hæc dum purpurei voluunt in pectore patres,

E Sole

Sole recens orto sacri longo ordine mystæ,
Atque sacerdotes, populi comitante caterua,
Incedunt, diuique petunt templa aurea Petri.
Stant aram, ad terram duplicato poplite, circum,
Aeternum & cæli Regem sic ore precantur:
Omnipotens Genitor, Patrique simillima Proles,
Aurea Flamma, Deus, si nondum exosus ad vnum
Romanos, si quid pietas diuina labores
Respicit humanos: mærorem euadere tristem
Da Romæ sine rege tuæ: de limine Olympi
Affer opem, Omnipotens; quamprimum illabere magnæ
Purpurei cœtus menti, quo numine tandem
Cælitus afflati Pastorem, orbisque Magistrum
Egregium ex sociisque legant, Vrbisque parentem.
Talibus orabant quoties fugientibus astris
Splendenti Phœbus lustrabat lampade terras.
Audiit illa Deus, tandem & miseratus ab alto est.
Iamque dies cælo cedebat clara supremo,
Qua celsi Regina poli, purissima Virgo,
Dies Sanctæ Mariæ ad Niues. *Aeterni Regis Genitrix, super ardua Collis*
Exquilii colitur præclara ab gente Quiritum:
(Nix dedit alba diem toto venerarier orbe,
Cum super Exquilium montem ceu candida nubes
Sextili cecidit, visu mirabile, mense)
Ostrigeri magno heroes iuuenesque, senesque

Instabant

Instabant operi ardentes, sed certa manebat
Nondum operi finis: quando Rex aetheris altus
Omnipotens Genitor, mundum qui numine complet,
Stellanti in solio residens, vnde arduus almam
Vrbem Romuleam aspectat, sanctumque Senatum;
Alloquitur diuos dextra, laeuaque frequentes:
Caelicolae magni, quos abdita pectore nostro
Vltrò pandentes facta, atque infecta docemus,
Et quae terrarum sunt orbi deinde futura;
Quantum Christiadas, cari post funera Nati,
Inuicti fuimus vigilanti ardore secuti,
Nouistis, qui saepe piae succurrere genti
Solliciti mecum auxilio voluistis amici:
Orbatum pastore gregem iam nunc bene cuncti
Scitis, & Ostriferum non vna mente Senatum.
Pontificis non vnus ibi quem digner honore:
Praestantes multi virtute, ac pectore patres
Inuicti, atque animo, regerent qui legibus vrbem
Romulidûm, atque Orbis dominari in cetera possent.
Vnum at prae multis dandum caput: vnius omnes
Imperium laeti subeant, ac iussa facessant.
Accipite ergo, animis & nostra haec figite dicta:
Hos inter proceres clarus pietate coruscat
Maphaeus, quam pulcra tulit Florentia nobis. Cardin. Barberinus.
Hunc nos, quem ante aeui primordia cuncta, priusquam

*Ipsa elementa forent, rerum aut pulcherrimus ordo,
Legimus; hunc regem populis terraque, marique
Præficimus, summique patris donamus honore
Romuleam ad sedem. Dixit Rex magnus Olympi.
Ecce autem assurgit genus alto à sanguine Iudæ,
Regia progenies, Genitrix pulcherrima Christi,
Femineum incorrupta decus, radiantis Olympi,
Atque soli Regina, caput redimita corona
Stellanti, corpus Phœbeo splendida amictu:
Et venerata Deum roseo sic ore locuta est:
Summe Deus, qui cuncta vides, cui lumina mille,
Cui sunt mille acies, qui digeris ordine certo
Quæ sunt, quæ fuerunt, quæ mox ventura sequentur,
Omniaque hæc nosti haud secus ac præsentia; solus
Omnibus atque locis præsens ades omnibus horis:
Nosti etiam quæ magna meum nunc gaudia pectus
Pertentent, ad summa iubes dum sceptra vocari
Maphæum in terris, toto & dominarier orbe:
Maphæum studio ingenti ius, fasque colentem
Iampridem, natum populis, sceptrisque regendis,
Illustri pietate virum; primordia vitæ
Auspicijs cui sancta meis iam ritè fuere.
At mecum vt capiant alij noua gaudia Diui,
Qui se nunc tabulis cultos, nunc marmore cernent,
Et sua mirificis decorata altaria donis*

Maphæo

Maphæo impendente argenti pondera, & auri;
Sit licitum memorare mihi, atque euoluere coram
Quæ de Maphæo vera, & iucunda relatu
Omnibus acciderint: multis è millibus ipse Cardin. Barber.
Virtute illustris varijs quæ gessit in oris,
Quæque tuo quondam manifesto in lumine vidi;
Tempore nam ex illo, ætherias quo venit in auras,
Dia Camilla parens, genitorque Antonius, illum
Mi dedit, auspicijs noctesque, diesque tuendum; Parentes eiusdem Cardin.
Nec frustra auxilium nostrum sensere parentes.
Hic genere haud humili Florenti natus in vrbe,
Nutricis teneris exsugens vbera labris,
Cælestes animos, diuosque hauribat amores.
Paruulus irriguo vix pulsus ab vbere matris,
Diuorum effigies colere, & venerabile Lignum,
Ex quo vera salus hominum confixa pependit,
Admiransque animo reuereri, & mente pudica;
Paruula quin etiam secreto altaria tecto
Ipse suis manibus struere, atque incendere tædis
Sueuit, ibi & prono venerari pectore magnum
Te cæli, terræque Deum, superosque precari.
Grandior effectus cæli succensus ab igne,
Ante puer senibus matura mente ferendus,
Luce recens orta peragebat pectore grates
(Quales tunc poterat puerili mente tenellas)

Quod

Quòd placido per te fouisset membra sopore:
Has tibi reddebat noctem ducentibus astris,
Quòd, positum toties in aperta pericula rerum,
Præcipua semper tutum pietate dedisti:
Fessaque nec somno laxabat membra, priusquam
Singula transacti reputasset facta diei.
Inque salutatam non me linquebat ad alta
Templa mihi extructa; at nostri permotus amore
Consuêrat numerare preces, quas plurima in orbem
Distinguunt grana è tenui pendentia lino;
Ille etiam mihi sacra humili psalteria voce
Concinere, innumeras & laudibus addere laudes.
Idem etiam Sophiam complectens pectore toto,
Nil torpere graui voluit sua membra veterno.
Aspirans opibus diuûm, legumque sacrarum,
Ipse sibi quacunque viam virtute parabat.
Non cinxere comas iuueni, nec tempora flores,
Frigore quos Boreas, vel Syrius æstibus vrit,
Sed quos æterno virtus dat honore nitentes.
Candor erat menti, probitas, & fallere vita
Nescia, virgineo perstabant corda pudore.
Nulla Venus, mouere incesti haud pectus amores,
Solus amor cæli rapiebat ad æthera mentem.
Proh quantas & fudit opes crescentibus annis!
Hunc pietate grauem, ac meritis decorauit honore

Picenum

Picenum egregio, tulit atque ad sydera nomen.
Ipse Gubernator Fani dimisit egenos
Auxilio tutos, opibus seruauit amicis;
Casibus humanis facilis, vultuque benignus,
Sollicitus fessis praestabat surgere rebus.
Luce sedens custos, noctisque humentibus vmbris,
Peruigil ipse gregi astabat, nec ouilia circum
Insidijs ibat lupus asper, & improbus ira.
Nescia & humanis precibus mansuescere corda
Mollibat dictis, animos: ad praemia velox
Semper erat, poenas lapsis infligere tardus.
Pro grege non vllum timuit perferre laborem,
Nec pastorali mortem pro munere obire.
Quid memorem eximia assumptos cum laude labores
Spumantem ad Rhodanum, paruique ad flumina Rheni?
Legatus fama toto memoratus in orbe,
Nil intentatum liquit, nil pectore inausum,
Ut lapsas hominum reuocaret ad aethera mentes.
Nunquam iustitiae cultorem flectere, nunquam
Mente incorruptum, potuere opulenta virorum
Munera, blanditiae, non aspera verba potentum.
Ipse dabat leges populis iustissimus vnus,
Integer, & prudens, & seruantissimus aequi.
Purpureos inter proceres ad tecta locatus
Romulidûm tandem, sacri pars magna Senatus,

Impositam

Impositam Paulo molem, ceruicibus altis
Haud pressus grauitate tulit, secumque potentem
Magnus Atlas fulsit Romanis legibus orbem.
Talem tu, Omnipotens, voluisti ex millibus vnum,
Qui populum antiqua sub relligione tueri,
Qui maria, & terras omni ditione tenere,
Pandere qui posset portas, & claudere cæli.
Nec plura his Virgo. Læto, plausuque secundo
Assensere omnes diui supera alta tenentes.
Tum Pater omnipotens cæli de gente ministrum
Aligerum alloquitur Gabrielem, ac talia mandat:
Romanam pete, nate, vrbem; tectumque, domumque,
In cætum quo se inclusit Patrum inclytus ordo;
Cardin. *Pontificis Pauli & clara de stirpe Nepotem*
Burghesium. *(Ille quaterdenæ sedet alta ad limina cellæ)*
Alloquere, ac celeres hæc fer mea dicta per auras:
Quæ nunc deinde mora est? cur non pater optimus vrbis
Tandem deligitur? socium vocet ipse Senatum:
Ipse ego Maphæum sublimi primus Olympo
Pontificem dico; summus mox ipse Senatus
Cardinei cætus afflatus numine nostro
Eliget. hæc summa est, hic nostri nuncius esto.
Dixerat; ille Dei imperijs parere paratus,
Ora, oculos iuueni similes, humerosque, decoram
Cæsariem, auratam chlamydemque, sinusque crepantes

Induit

Induit, & niueas humeris accommodat alas,
Distinctas auri maculis; inde aere magnum
Scindit iter, iußaque citus sese intulit urbi.
Postera iamque dies primo surgebat Eoo,
(Clara dies, Christus qua sese in monte videndum Dies sexta Augusti.
Eliæ, Mosi, Petro, & cum fratre Iacobo,
Obtulit, atque Deum, rutilanti luce coruscum
Confeßus, niueo velatus corpus amictu:
Et qua Gusmani Stellata fronte Parentis
Spiritus ætherium terris ascendit Olympum)
Dispuleratque atras veniens Aurora tenebras:
Fundebatque preces Regi stellantis Olympi
Aedicula in media solus Burghesius heros;
Cum Gabriel multa orantem dilapsus ab axe
Flammigero niueis iuxta citus astitit alis.
Ac prior, Heus, inquit, proceres, quæ longa morantur
Consilia, & quæ animis hærens sententia surgit?
Præscriptum iam tempus adest, quo maximus orbis
Dicatur Pastor, Christique Vicarius Vrbi.
Rumpe moras, sociosque voca: qui cuncta gubernat
Aethere, Maphæum nil magnæ laudis egentem,
Pontificem dicit, dicetque hunc deinde Senatus
Purpureus, claro tibi me demittit Olympo
Omnipotens, deferre iubetque hæc dicta per auras.
Dixerat, atque illum medio sermone reliquit,

Ex oculisque leues euanuit Ales in auras.
Attonitus tanto monitu, imperioque; micanti
Splendore obductusque oculos, Burghesius heros
Restitit . inde animo secum mandata reuoluens,
Quem prius optabat, toto nunc pectore poscit,
Maphæum sacrà sublimem in sede videre.
Magna viri virtus animo, magnusque recursat
Relligionis honos, pietas antiqua, labores;
Inclyta facta: hærent infixi pectore vultus.
Cardineos ergo socios, primosque Senatus
In cœtum accitos verbis compellat amicis:
Magnanimi heroes, quos Christi Ecclesia, mater
Gentis Romulidũ; quos & sanctissimus vltrò
Et cælo, terraque potens ad cuncta lacessit
Rerum adiutores: non huc conuenimus, ardens
Dum Canis igniferis afflatibus arua fatigat,
Et penè in cineres totus dilabitur orbis,
Vt nostri rapidis quaterentur febribus artus,
Et tandem miseri passos post mille dolores,
Matris in exitium sacra hac moreremur in aula;
Ast hîc collecti domibus, rebusque relictis,
Vt matri sine rege piæ occurramus, & orbi.
Post decimam nobis Aurora octaua refulsit,
Suscepti at, proceres, operis nihil hactenus actum est:
Pallentes morbi hîc habitant, febrésque malignæ,

Iamque

Iamque à seruitio nostrorum auellimur ipsi:
Temporis impatiens totus simul increpat orbis:
Scilicet Ostrigerûm cœtus spectabilis hic est,
Vulgus ait, sueuit qui res hominumque, deûmque,
Consilio, cura, imperio, auspicijsque fouere?
Et nunc perplexum decima, atque octaua moratur
Longa dies? totum regeret qui legibus orbem,
Conclaui inclusus cunctando diruit hic rem?
Garrula tollamus latrantis murmura vulgi,
Et quæ circumstant funesta pericula cunctos.
Ah capiat, si qua est animis, discordia finem.
Audite, ô sacri proceres, sint hæc mea dicta
Præsenti testata æuo, sæclisque futuris,
Tempus adest, celerique abit irreuocabile penna;
Si nos causando fugientes ducimus horas,
Hei mihi quàm grandẽ trahet hæc mora longa ruinam!
Si quod opus nos hæc in tecta angusta coëgit,
Differimus; quæ damna, Patres, heu sentiet orbis!
Ipse quidem haud dicar caput horum, & causa malorũ,
Nanque ego Maphæum peto summum ex omnibus vnũ
(Intus agit Deus, atque meo se pectore versat)
Pontificem. Dixit, pressoque obmutuit ore.
Tum proceres (quò non mortalia pectora ducis,
Spiritus alme Deus, cæli lux clara sereni,
Dum super exstimulas, flammisque potentibus vrges)

Tum proceres sacri vnanimes ad sydera vtrasque
Tendentes cum voce manus sic ore locuti:
Iam iam nulla mora est: te cæli Amor, aurea Flamma,
Aura potens sequimur; tibi iam paremus ouantes;
Afflati incipimus Romanæ dicere gentis
Pastorem, regemque hominum, terrisque potentem,
Iam cælo electum, & tua iussa capessimus vltro.
Cardin. Barberinus Pontifex creatur. *His dictis, subitò lætantes ordine longo*
Cardinei heroes, sacrata in sede locantes
Maphæum attollunt; duplicato poplite adorant;
Et veteri Patrum Patrem de more salutant.
ex c. 44. Ecclesiastici. *Protinus auditi concentus:* Ecce Sacerdos
Magnus, qui Domino placuit dum vixit, & iræ
Tempore se medium paci obtulit, atq; supernum
Ægro homini assidua prece conciliauit amorem.
Non illo melior, non illo iustior alter
Inuentus, nec qui summi decreta Tonantis
Seruaret meliùs; meritò omni ex parte beatum
Quem populos inter, magno Deus auxit honore;
Quem mundi voluit decoratum laudibus; & cui
Regum in conspectu medio non regia tantùm
Sceptra dedit, pulcramq; auro, gēmisq; Coronā,
Sed Magni titulum dedit, atq; optabile nomen;
Inde Sacerdotis perfungi munere ad aras,
Et dare thura focis suauem spirantia odorem.

Spargitur

Spargitur extemplo Tyberina ad littora rumor,
Maphæum Petri sacrata in sede locatum,
Et claro VRBANVM *Octauum cognomine dici.*
Tum verò ad vocem celeres matresque, virique
Erumpunt tectis, pueri, innuptæque puellæ:
Lætitia ingenti properant Conclauia ad alta.
Verùm vbi nulla datur cupidis intrare potestas
(Nam Dux magnanimus prognatus gente Sabella
Aulai armato vallarat milite limen)
Tangere si nequeunt muros, at cernere gaudent.
Iam medium ætherio cursu Sol igneus orbem
Clauserat, Oceani & pronus tendebat ad vndas.
Et iam tempus erat portas præbere patentes
Conclauis; sanctum & Burghesi in sede morantem
Exportare Patrem diui ad penetralia Petri,
Ostriferis patribus antiquo more colendum.
Vndique visendi studio Romana propago
Circumfusa ruit; proceres stant agmine denso
Vestibulum ante ipsum: turres, ac tecta domorum
Alta petunt alij; portis sublimibus astant
Germani, & varijs implent clamoribus auras:
Fit strepitus; magno cælum tonat omne tumultu.
Ast hæc dum studijs populi accurrentis aguntur,
Purpurei heroes tecti in penetralibus alti
Pontificem exornant tunicis candentibus, auream

Mox

Mox super imponunt chlamydem, capitique sacrato
Insignem mitram gemmis, auroque coruscam.
Panditur, his actis, foribus domus alta superbis:
Agmine se fundunt portis bipatentibus omnes
Ostrigeri patres magna comitante caterua:
Tandem collucens veste, atque insignibus aureis,
Aurato residens solio sublatus & altè
Terrarum pater, & pastor sanctissimus orbis
Augusto VRBANVS *vultu, facieque decora,*
Egreditur: positis genibus populusque, patresque
Castrum S. Angeli *Procumbunt: signisque datis, arx nomine clara*
Angelico, ingenti celebrat sua gaudia motu:
Bombarda. *Ærea marmoreis fatalis machina muris,*
Ore vomens ignes, horrendi fulminis instar,
Turribus ex altis, sonitus imitata tonantis
Horrisonos cæli, terras, atque æthera bombis
Concutit horrificis: templorumque æra frequenti
Tinnitu resonant: strepitu cælum omne remugit.
Interea Petri, super atque altaria Pauli
Aurea, Pontificem antiquo de more sedentem
Ostrigeri proceres sollemni ad limina ritu
Nudato capite, & demisso poplite adorant.
At plausu altisono, læto fremituque virorum
Dum Vaticani penetralia ad alma refertur
VRBANVS *magna heroum stipante caterua,*

En

En flauas agitans sinuoso gurgite arenas
Romuleus Tybris cælo notissimus amnis,
Pube tenus liquidis senior se attollit ab vndis,
Humentes tenera redimitus arundine crines,
Cæruleoque humeros circum velatus amictu.
Tum sic ore loqui: lætas aduertite, magni
Romulidæ, mentes, atque hæc mea figite dicta;
Gaudia pertentent pectus; Iouis omnia plena.
Expectata dies, memori quam mente futuram
Rebar, ea en tandem longo post tempore vênit.
Maphæum, quem Thusca solo Florentia, regum,
Diuûm, Pontificum fecunda altrixque, satrixque,
Egregia de stirpe dedit, puerilibus annis
Edocuit, multaque insignem reddidit arte:
Quem docti patres diuini gloria Iuris
Præstantem iuuenem, egregium virtutis alumnum,
Tyrrhenique Ducis Francisci in funere clarum,
Pisarum ad sacras Etruscæ Palladis arces,
Diui, atque humani Iuris dixere peritum.
Quem Sixtus Quintus primæuo flore iuuentæ
Præsulis insigni meritum decorauit honore:
Principio & quinti lustri fausto omine Clemens
Octauus Fani voluit dominarier vrbi,
Delegitque virum rectorem ad tecta Camertum:
Quem sæpe Eridanus pater ipse superbus aquarum,

Tybridis vaticiniū de Vrbano VIII.

Lentus

Lentus Arar, Rhodanusque celer, rapidusque Garumna,
Summanusque lacus, quo nota Perusia cælo est;
Et Beneuentani, Picenum, Felsina, tellus
Neptuni: Estensesque Duces, Hispanus, & Anglus
Inuicti reges, Perusinæ æraria gentis,
Mirati, terræ, ac cæli pia iura tuentem:
Quem pietate virum insignem Mauortia Roma
Purpureos inter radianti lumine Soles
Laudibus ætherio multis æquauit Olympo:
Hunc tandem Vrbanum omnipotens Deus æthere ab alto
Pontificem iussit, calefacti & numinis igne
Pontificem dixere patres in murice clari.
Hic dijs auspicibus commissas Orbis habenas
Virtute incipiet, patria & moderarier arte.
Ipse velut longæuus Enos Adameïa proles,
Signifer vt Moses, pastorque vt magnus Aaron,
Vtque Palæstinus Salomon; grauitate Catonem,
Relligione Numam superans, iustissimus vnus
Iura dabit, legesque viris. Hoc sospite nunquam
Pandentur belli portæ: furor improbus intus
Dira sedens super arma, arctis post terga catenis
Deuinctus manibus fremet horridus ore cruento.
Hinc Boreasque, Eurusque furens, creberque procellis
Africus; atque alij, frenat quos carcere vasto
Hippotades, venti nimbosis flatibus illinc

Terribiles

Terribiles in bella ruant, vt sacra Carina,
Hamigeri primùm Petri iam credita curæ,
Fluctibus icta tremat, tumidis atque erret in vndis:
Hanc coniurati Romanas perdere leges,
Pestifera hæretici polluti labe veneni,
Collecti, summisque adnixi viribus omnes
Frangere contendant, vastoque immergere ponto;
Ipse sedens, clauumque regens VRBANVS *ab omni*
Seruabit Nauim peste, & surgentibus vndis.
Dux Othomanigenûm, Saracinica semina, sæuus
Indomitos Batauos, & adustos corpore Mauros,
Classe vehat secum, pelago decurrat aperto,
Euersurum vrbes Italûm totasque minetur,
Soluite corde metum, tristes secludite curas,
Romulidæ; fractos aduerso Marte Batauos,
Hæreticas acies, cernetis rupta Tyranni
Fœdera Turcarum; Christique Ecclesia Sponsa,
Orbis terrarum princeps, Vrbisque magistra,
VRBANO *Octauo regalia sceptra tenente,*
Sollemnes ducet Capitoli ad tecta triumphos.
Dixit, & in vitreo Tybris sese abdidit antro,
Ominibusque nouis sonuerunt omnia plausu.
Ergo Romanæ Pater augustissimus vrbis
Iam regere imperio populos, Petrique Carinam
Cœperat; inque dies sceptrum, regnique Coronam

 Sumere

Sumere sollemni ritu de more parabat.
Tum rex Tartareus, cernens quæ hinc damna tenebris
Immineant Stygijs, vomuit de pectore questus
Hos secum: Mene incepto desistere lusum?
Christicolûm terris nec posse euertere regnum?
Quid Stygiæ valuere manus? quid fœdera gentis
Huius in excidium? mihi quid permissa potestas?
Iam cæli tractus infeci pestibus Orci;
Atque hominum validos corrupi febribus artus;
Succubuit medicina malis; cessere magistri;
Ignibus infernis geminaui incendia Solis;
Vt Romam raperet duræ inclementia mortis:
Annuere optatis cæpit mors effera nostris;
Gregorius nanque ipse pater, quem Tartarus ingens
Infensum sensit toties immaniter hostem;
Haud rigidam effugit mortem: & iam morte sub ægra
Purpurei stabant proceres Conclauia ad alta:
At cum sperarem fluitantem mergere in vndis
Amisso Rectore Ratem; squallentis Auerni
Vlcisci regnum, atque optatas sumere pœnas;
Ostriferi ecce patres Maphæum ex omnibus vnum
Delegere ducem Romana ad templa supremum.
Ipse gubernacli Rector, puppisque Magister
Ergo Maphæus, votis communibus vnus
Sternere Tartareos acri certamine fratres;

Maphæus

Maphæus legitur? sceptrum, sacramque tyaram
Sollemni ritu accipiet? regnabit in Vrbe
Hostis atrox? his consilijs; his grandibus orsis,
Non ullis ipse inuentis me opponere possim?
Non dabitur, reor, insidijs, nec viribus ullis
Priscum imponendæ ritum prohibere Coronæ;
Quippe immota manent summi placita alta Tonantis:
At differre, morasque istis saltem addere rebus
Est licitum; & faciam: languescent corpora morbo,
Ne sceptrum accipere, atq; onus, imperiumq; Quiritum
Infirmus valeat; multos at inutilis annos,
Omnibus inuisus regni dimittat habenas.
Sic ait: atque animo spe multùm lætus inani
Iam sese iactat victorem perfidus hostis,
Quandoquidem VRBANVM *vexari febris ab æstu*
Audijt, atque aditus præcludi ad limina tecti.
Sed votis, precibusque pijs sanctissimus Heros
Conualuit tandem, & rediere in pristina vires.
Interea totum volitans pennata per orbem
Fama ruit, repletque vrbes rumore secundo:
VRBANVM *Octauum, genus alto à sanguine diuûm,*
Florenti patria, regnare ad mœnia Romæ.
Continuò populique omnes, proceresque, Ducesque,
Lætitia exultant, animosque ad sydera tollunt.
Missi Oratores prima de gente virorum

Regibus à summis, Ducibusque ad Tybridis arces
Gratatum accedunt VRBANO *in sede suprema.*
Primus ibi ante omnes Fernando Cæsare magnus
Imperatoris Legatus. *Missus adest Princeps illustri è gente Sabella;*
Nomine qui Augusti curuato poplite summo
Pontificum Patri meritum persoluit honorem:
Victoria catholicorũ die 6. Augusti. *Nunciat & cæsas, Boiorum Marte, phalanges*
Coniuratorum Munsteri infesta per arua;
Saxona, Vinmarumque Duces, Comitesque cruentos,
Milite Tillino captos; fædeque tyrannum
Pheugari infrenem fugiße è millibus vnum;
Regis & Austriaci iam iam insultantia rebus
Fortia Mansfeldi Comitis sæui agmina partim
Terga dediße fugæ, partim cecidiße sub armis;
Tillinumque Ducem, insignem felicibus armis,
Vexilla, exuuias misisse ex hoste, trophæum
Romanæ Christi sponsæ, & pietatis auitæ,
Figendum sancti summa ad fastigia Petri.
Legatus Francorũ regis. *Proximus ingreditur Gallorum à Rege potenti*
Missus, consilio Natalis magnus, & armis,
Clarus auis, atauisque potens Selarinius heros:
Qui postquam pedibus pronus dedit oscula sacris,
Suppleuitque vices, Ludouici & munera regis,
Nunciat Albani Montis, dirosque Rupellæ
Obsessos hostes extrema ad cuncta redactos;

Guisar-

Guisardumque Ducem eximium Mauortia signa
Hæretico Romam misisse ex hoste, tropheum
Romanæ Christi sponsæ, & pietatis auitæ,
Figendum sancti summa ad fastigia Petri.
Tertius insequitur Dux Alburquerquius, ingens
Hesperiæ gentis splendor, noua gloria: rege
Hic Tartessiaco missus, genibusque volutus
Pontifici summo meritos indicit honores:
Addit & Austriacam Infantem nupsisse Britanno,
Atque vtrumque ratos thalamos, lectumque iugalem
Dixisse, Hispano, atque Anglo plaudente Senatu:
Spectra abijsse procul, Stygijs emissa tenebris,
Hesperias vt complerent erroribus oras,
Hispalis & gentem, hæreseos auctoribus igni
Consumptis tandem, priscum seruare decorem;
Omnia Iberiacum & regem depicta tabellis,
Hæc transmisisse ad Mauortia tecta, trophæum
Romanæ Christi sponsæ, & pietatis auitæ,
Figendum sancti summa ad fastigia Petri.
Non ego, Sauromatum te rex, fortissime bello,
Prætereo, Sismunde; virum sermone potentem
Mittis & ipse, tuo summum qui nomine Patrem
Suppliciter posito procumbens poplite adorat.
Tuque, Isabella, deûm soboles, regumque propago
Austriadûm, Clara Eugenia, ad Tyberinidas arces
Vrbe

Insula Regia capta à Guisiæ Duce.

Hæresis Illuminatorum apud Hispalim destructa.

Rex Poloniæ.

Vrbe ex Bruxella studijs florente Mineruæ,
Legatum das insignem fandi vbere vena.
Mittit & Adriacæ Dux, & pater inclytus vndæ
Legatos: mittit Francus Federicus & ipse,
Littora cui Ligurum Ductori, atque æquora parent.
Mittunt, præcipiti Florentia nobilis Arno:
Libera Luca vrbes inter clarissima Etruscas:
Carolus Allobrogum Dux forti pectore, & armis:
Estensesque Duces, specimen virtutis auitæ:
Minciadûm Ductor Fernandus; gloria Phœbi:
Armigeræ Princeps Parmæ Farnesius heros:
Regulus Vrbini pietate insignis, & armis:
Picus & illustris, quo se Mirandula tollit.
Hos super aduenient legati ex vrbibus altis
Romano addictis regno, qui poplite flexo
Pontifici toto gratantur pectore cuncti.
Sed iam tempus erat veneranda ad limina Petri
Tergemina VRBANVM *regali ornare Corona.*
Vaticanus mós. *Monte super celso (Tyberini à fluminis vnda*
Haud procul, infantum claro vagitibus olim,
Quem Vaticanum prisci dixere Quirites)
D. Petri templû. *Est templum sacrum Diuo (quem maximus orbis*
Seruator sociûm Galilæi ad littoris vndam
Conspectum acciuit, præfecit & omnibus vnum,
Sortitum solidæ nomen de nomine Petræ)

Templum

Templum admirandis ingens, sublime columnis,
Artificumque manu egregium, laquearibus aureis,
Relliquijs diuûm sacris venerabile. Templi
Ante fores huius Pastor, summusque Sacerdos
Accipere est solitus, sceptrum, sacramque tyaram.
Iamque dies aduentabat, tibi sacra, Michaël,
Militiæ Dux cælestis; qua maximus Heros
VRBANVS *decorandus erat diademate sacro,*
Romanæ & Christi sponsæ rapta hoste trophæa,
Petre, sacris figenda tuæ laquearibus ædis.
Accingunt se omnes operi; interiora superbis,
Mirandum visu, effulgent delubra tapetis:
Gemma nitet, multo rutilant aulæa smaragdo.
In media augusti solium testudine templi
Extruitur, venerandum, ingens, sublime, decorum,
Stratum ostro, quod textum inter discriminat aurum.
Turribus è celsis repetito tinnula pulsu
Æra sonant; festæque vrbis noua gaudia signant.
Sternitur omne solum passim, quà semità ducit
Ad Vaticanum collem de monte Quirini,
VRBANI *sede egregia: ruit ædibus imis*
Quidquid opum, gens Romula, habes, & quidquid honorû,
Texta viris pretiosa tegunt, celsisque domorum
Hærent parietibus, mirantur talia cuncti
Dædalea fabricata manu, variata figuris;

Nec minus interea sublimi in monte Quirini
Ocia agunt gentes; nam celsa in tecta parantur
Præclara VRBANI *celebris spectacula pompæ.*
At iam prima nouo Tithoni rosida coniux
Lumine spargebat terras Aurora, serenum
Ducebatque diem sacrum tibi, magne Michaël,
Aligerûm Ductor. radiantes murice Patres
Alta Quirinalis conscendunt limina Collis:
Concurrunt fremitu denso longo agmine gentes.
Ecce autem egreditur mirandi pompa triumphi
Ædibus è medijs; per saxea strata viarum
Ad Petri templum incedit miro ordine. primùm
Præconum vox auditur, clangorque tubarum:
Plurima rapta dehinc Pheugaro ex hoste feruntur,
Et Mansfeldensi (Tillino milite capta)
Scuta, hastæ, galeæ, chlamydes, sæuæque bipennes,
Thoraces, vexilla, enses, crepitantiaque æra;
Ac deinde auditæ voces: Vrbanus ab orbe
Germano hæreticis hæc de prædonibus arma.
Multaque Francorum post hæc portantur ab oris
Martia tela, tubæ, clypei, curuæque secures,
Et gladij, vestes, & ferrea tegmina, signa,
Fulgida frena, vagis ereptaque rostra carinis.
Continuò auditæ voces: Vrbanus ab orbe
Gallorum hæreticis hæc de prædonibus arma.

Succe-

Succedunt pariter præmissæ à rege tabellæ
Austriaco, depicta quibus victoria tota est
De coniurato, scelerati dæmonis arte,
Hispalis hæreticûm conuentu ad tecta profano:
Tolluntur voces: Vrbano hoc nobile ab ora
Hispana hæretico stat de prædone trophæum.
Ponè subit procerum numerus, quos Spadius inter **Bernardinus Spadius Camer. Ap. Cleric.**
Nardinus, decus, & gentis pars maxima nostræ.
Omnibus at præ alijs miro fulgore coruscat
FRANCISCVS, *veterum non ille indignus auorum,* **Franciscus Barberinus Vrbani VIII nepos.**
Pontificisque Nepos, propria virtute coruscus,
Principis Ostriferi meritò signandus honore.
Pastorum dein sacrorum venerabilis ordo,
Quos caudata chlamys, violisque simillima vestit,
Insequitur, gaudetque rotis applaudere sacris.
Romuleæ tandem Antistes sanctissimus vrbis,
Pontificum summus medijs in millibus ardens
Emicat VRBANVS. *Domitis hunc hostibus atris*
Indocto, Ingratoque animo, mundique Fauore,
Fortuna, Fraude, Insidijs, Discordia, Amore
Et proprio, Inuidia, cæcaque cupidine habendi,
Vique Irascendi insana, Fastuque superbo,
Et turba ingenti vitiorum ritè subacta,
Virtutum legio ad sceptrum, meritamque Coronam
Deducit: primasque tenet Prudentia Montis

Cardinei, ancipiti spectanda in imagine Iani,
Ære caput fulgens; speculo dextra, angue sinistra.
Sfortiadæ huic socia egregijs Andrîa sub armis,
Sustentans dextra ferrato robore clauam
Alcidæ, capiti tegmenque immane leonis.
Farnesi ingreditur nitido venerabilis ore
Astræa: & Charitum Bandini prodiga virtus.
Beuilaquæ syncera & adest mens candida, pura.
Addunt se comites præclara Modestia Deti;
Montis ad astra Alti aspiciens Spes Diua Peretti,
Floribus insignis, viridi circundata palla:
Sophrosine ipsa potens & Borromæïa: secum
Stirpis Atestinæ Vigilantia maxima Alexis:
Et Deatristani Synesis, Gnomisque peracris:
Gymnasi Sophia, & Madruti grata Venustas.
Aurea progreditur Liguris Moderatio Iani.
Hîc comitata Pium Pietas, comitata verendum
Millinum Probitas, & mens sibi Conscia recti:
Hîc Lantis rosea procedit Gratia veste:
Inclyta Mauriti, & pia Munificentia: Diua
Veralli haud procul hinc Veraci nobilis arte.
Proxima stat Leni Lenis mens, atque benigna:
Diua comes præsto est Capponi Consiliatrix:
Regali incedit Decij Sapientia cultu:
Riuarolæ ingens rerum Solertia: fortis

Crescenti

Crescenti impauida sequitur Constantia fronte:
Intemerata Fides Galamini læta colore
Candenti iuxta est, Ara pulcherrima Cæli:
Borgia nobilitas fulgenti in veste Mineruæ:
Centini secura animis Studiosa voluptas:
Prouida Vbaldini virtus, domitrixque laborum:
Candida Pax Muti ramis insignis oliuæ:
Inde pari gressu Grauitas Saturnia Tressi:
Punica mala gerens Concordia dia Sabelli:
Vis Medica illustris Florenti ornata corona:
Clesselli victrix duri Tolerantia casus:
Camporij ridet placidò Clementia vultu:
Relligio velata comas Sanctæ alma Susannæ:
Regia Pernoni Maiestas: cælica mentis
Cennini Integritas: Miseratio plurima magni
Bentiuoli: Imperium Valeri: Indulgentia mitis
Zollerti: Eloquij facundi copia Romæ:
Splendida Magnanimæ mentis stat Diua Cremonæ:
Ingenij virtus Ludouisi: Industria solers
Caietæ: Bonitas Sanctæ miranda Seueræ.
Rodulphi tranquilla Quies, & prouida Cura:
Et super hæc Torres infracto in pectore præsens
Strenuitas, instar turris, scopulique vetusti.
Virtutum hac pompa cœtus comitatur euntem
Pontificem Petri ad templum. Fulgentia tecta

Iam ſubeunt primi, ſacris captiuaque muris
Altè ſuſpendunt Spolia, & rem carmine ſignant:
Gregorij Quntidecimi Succeſſor ad vrbem,
Vrbanus, Spolia Hæreticis ex hoſtibus iſta.
At poſtquam ingreſſus Paſtor ſanctiſſimus, ante
Diui aram Petri ſubmiſſo poplite, Regi
Aeterno grates pro ſtratis hoſtibus egit.
Et tandem ſolio medius conſedit in aureo:
Stant dextra, & læua ſeries longiſſima patrum:
Multa ſuper fiunt VRBANO, *& multa feruntur:*
Idem Cardineo poſt hæc à Monte ſacratur,
Diuinæ libatque dapes, & pocula menſæ.
Exin purpurei, rebus iam ritè peractis,
Aſcendunt xyſtum patres, vbi maximus Vrbis
Conſueuit populo Paſtor bene cuncta precari.
Hic tandem VRBANVM*; populo ſpectante, Tyara*
Magnus Ateſtinus ſacra de more coronat.
Actutum clamorque virûm, ſonituſque tubarum
Auditus, miſtoque ingens eſt orta tumultu
Lætitia, latè tolluntur ad æthera voces.
Tum ſonus auditur grauior: ſanctiſſime Præſul,
Optime Pontificum, magnam cui mentem, animumque
Spiritus intus alit, terras qui numine torquet,
Vade age; Chriſtiadûm & patrijs virtutibus orbem
Iuſtitia illuſtri, & ſolita pietate guberna;

FRAN-

FRANCISCVMq; tuũ præcelso ex Fratre Nepotem,
Stellatum rutilans quem vexit ad æthera virtus,
Purpureo primùm redimitum murice crines,
Adiutorem operum, regnique in parte reposce,
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.
His demum exactis, disceditur inde; domosque
Quisque suas repetit; populus clamatque recedens:
Aeternùm felix Romana Ecclesia viuat,
Hostibus edomitis ducatque ad templa triumphos:
Maximus VRBANVS *viuat per secula, viuat;*
BARBERINA *domus viuat per secula, viuat.*
Hæc ego, Cardinei cætus clarissima lampas,
Flos veterũ, virtusq; virûm, FRANCISCE, *canebam:*
Dum Patruus tuus ad veteris tecta alta Quirini,
Regni accepturus sacrum Diadema, sedebat.
Illo me oblitum Trebiæ secessus habebat
Tempore, qui quondam Eridani spumantis ad vndas,
Mantôa fretus cithara, fidibusque canoris,
Magnanimûm cecini laudes, & facta virorum.

F I N I S.

DE
VRBANO VIII.
ORACVLA NVMERICA.

I.

76 60 93 104 96 — 429

Maphaeus nulli veterum virtute ſecundus,

64 64 95 50 56 5 59 — 393

Barberina domus thuſcum quem fudit ad Arnum,

63 80 112 92 67 — 414

Cardineo Paulus Quinctus ſignauit honore,

114 94 46 74 21 38 — 387

Pontificum ſummus Romae dicetur in anno — 1623

II

70 81 70 90 104 — 415

Maphaeum terris genuit Florentia Etruſcis,

64 90 77 110 94 — 435

Mirati Rhodanus, Rhenus, Tibriſque, Paduſque,

77 80 76 63 112 — 408

Sidonio Paulus donauit murice Quinctus,

80 41 84 122 38 — 365

Vrbanum Roma Octauum venerabitur anno — 1623

De eodem.

VATICINIVM NVMERICVM.

Maphaeus	76 S.	17 Post	62
Barberinus	99 Onuphrij	100 Gregorium	103
Sanctae	57 Florentinus	137 Quintum-	103
Romanae	59 Ad	5 Decimum	62
Scclesiae	58 Pontificatus	139 Hoc	24
Presbyter	114 Fastigium	97 Anno	38
Cardinalis	82 Sublimabitur	133 Domini	58
		1623	

De eodem.

ΧΡΗΣΜΟΙ ΙΣΟΨΗΦΟΙ.

I.

D.D.Maphaeus	84	Sanctissimus	150	O benedictus	107
Romanae	59	D. N. D.	20	Qui venit	106
Ecclesię	57	Vrbanus	86	In nomine	83
Presbyter	114	Octauus	90	Domini!	58
Cardinalis	82	Pontifex	97	Deus Domi-	130
Barberinus	99	Optimus	101	Illuxit (nus	95
Florentinus	137	Maximus	88	Nobis	53
	632		632		632

II.

Dñus Maphaeus	128	Sanctissimus	150	Benedicen-	57
Sanctae	57	D. D.	8	tur in eo om	116
Romanae	59	Vrbanus	86	nes tribus	115
Ecclesiae	58	Octauus	90	terrae, ac om	89
Cardinalis	82	Pontifex	97	nes gentes	98
Barberinus	99	Optimus	101	Magnifica-	59
Florentinus	137	Maximus	88	bunt eum	86
	620		620		620

III.

Dñ.	16	Hic sedebit	80	Vocabitur	100
Maphaeus	76	In solio	83	Vrbanus	86
S. R. E.	38	D. Petri	66	Octauus	50
Presbyter	114	Post	62	Pontifex	97
Cardinalis	82	Gregorium	103	Optimus	101
Barberinus	99	Quinctum-	106	Maximus	88
Florentinus	137	Decimum.	62		
	562		562		562

IV.

D.	4	Die sexta	79	Sacraq;	53
Maphaeus	76	Augusti	90	Decoratur	95
Presbyter	114	Vrbanus	86	Tyara	57
Cardinalis	82	Papa	30	In festo	80
Barberinus	99	Octauus	90	S.Michaelis	90
	375		375		375

V.

D.D.	8	Eris	47
Maphaeus	76	Vrbanus	86
Barberinus	99	Octauus	90
Florentinus	137	Pontifex	97
	320		320

VI.

M. Cardinalis	93	D. N. Vrbanus	102
Barberinus	99	Octauus	90
	192		192

VII.

Dñ.	16	Ecce	16
Maphaeus	76	Sacerdos	76
Barberinus	99	Iuſtus	99
	191		191

VIII.

Ex Vaticinio S. Malachiæ Archiepiſcopi Armachenſis.

Lilium, et	91	D.M.Card.	39
Roſa	47	Barberinus	99
	138		138

I

Ex Vaticinio B. Iodochi Palmerij.

Auſpicio	85	D. Maphaeus	80
Stellarum	107	S. Romanae	76
Leo	28	Eccleſiae	58
Felici curſu	116	Presbyter	114
Sub pallio	95	Cardinalis	82
Diui Petri	103	Barberinus	99
Requieſcet	112	Florentinus	137
	646		646

Ad Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. D.
FRANCISCVM CARDINALEM
BARBERINVM.

F. Io. Baptiſta Spadius.

Qui virtutis numeros, complecteris omnes,
Franciſce, oſtriferi ſpes vnica, & inclyta Cætus,
En, en qui numeri è numeris, quæ nomina ſummi
Nomine de Patrui veniant, & quo omine, cernis.
Lintea Romanæ hic cymbæ, clauumque gubernat,
Sacrarumque regit rerum ingens Rector habenas,
Hoc magnum eſt; maius, numeris quod talia noſci
Is voluit, qui aſtris numeros, & nomina fecit.
Ite leues modò mendaci qui dicitis ore,
Nil magnum è numeris, nil admirabile naſci.

De eodem

VRBANO OCTAVO.

Oraculum Numericum.

Bernardini Foliani Mutinenſis.

VRANIA.

EXitu certo numeros probari,
Sit fides Diuæ: Vranie futura
Præuidens, Heros vbi Barberinus
Ortus eſt, annos bene docta voluens,
Huius vt limen tetigit beatum
Lætior facta eſt; numerus repoſtum
Oreq; oraclum dedit elocuta,
81 13 40 76 89
Noſter, ò Laetae comites, alumnus,
67 31 69 94 61
Plectra cui ceſsit, cytharamq; Apollo,
70 86 97 62
Dictus Vrbanus dominator ingens,
57 90 62 35
Orbis Octauus Solio Beati
97 62 106 72
Pontifex Petri referetur huius
72 34
Editus anni. 1623.

De Eodem.

Aliud.

43 76 40 80 42 62 25
QVi Maphaeus erat, mutato hunc nomine dici
80 84 88 24 50 91
Vrbanum Octauum sextili hoc mense salutis
82 38 23 60 79 95 62
Nostrae anno, et Sancti Solium conscendere Petri
79 65 85 65 105
Tellus gaudebit, totus gaudebit Olympus. 1623.

Aliud.

64 70 100 53 52 125
QVos duxit pulchros Ecclesia sancta triumphos
54 67 59 70 68
Romana, Octauo summa pietate regente
89 63 68 129 74
Pontifice Vrbano, vatum clarissimus istos
99 101 99 81 38
Carminibus praestans extollet Spadius anno 1623

ANAGRAMMA.

Reu. Frater Iohannes Baptista Spadius Lector Dominicanus.
Vrbani Octaui, Psaltes, cantando triumphos en sidera feris.

Vrbani Octaui, Psaltes, cantando triumphos,
En *tu lætanti* sidera *voce* feris.

F.C.P.

NVMERORVM RATIO.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
n	o	p	q	r	ſ	t	u	x	y	z

1623. die 20. Octobris.

De mandato Adm. R. P. Inquisitoris Placentiæ, diligenter perlegi opus hoc, cui est inscriptio, S. R. E. Triumphus ab Vrbano VIII. P.O.M. actus, auctore P.F.Io. Baptista Spadio: nihilque in eo reperi, quod sacram doctrinam non redoleat; ideò dignum vt typis mandari possit, iudico.

Ego Don Caietanus Clericus Reg. Sacræ Theologiæ Doctor, ac Officij Sanctæ Inquisitionis Consultor.

Ex commissione A.R.P. Inquisitoris Placentiæ, ego Fr. Honorius Parma Brixiensis sacrę Theologiæ Lector Ord. Præd. vidi, & meditatus sũ diligenter ea omnia, quæ complectitur præsens opus, cuius titulus est: S.R.E. Triumphus ab Vrbano Octauo Põt. Opt. Max. actus, auctore P. F. Io. Baptista Spadio Lectore Theologo eiusdem Ord. Et cum in eo nil mihi visũ fuerit à S.R.E. sanctionibus dissonans, vt dignum typis, & publica luce approbaui.

Ita est Fr. Honorius, qui supra.

IMPRIMATVR.

Fr. Claud. C. Inqu. Placentiæ.

Præpositus Boninus Vic. Gen.

V. Iulius Cæsar Bicochus Duc. Cam. Cancell.

PLACENTIÆ.

Ex Typographia Iacobi Ardizzoni Impressoris Cameralis. M. DC. XXIII.